LECTIONES

ALEXANDRINAE

ET

HEBRAICAE

SIVE DE EMENDANDO TEXTU

VETERIS TESTAMENTI GRAECI SEPTUAGINTA INTERPRETUM ET INDE HEBRAICO.

SCRIPSIT

D. IO. THEOPHILUS PLÜSCHKE,

THEOLOGIAE IN SEMINARIO AUGUSTANAE CONFESSIONIS AMSTELODAMENSI PROFESSOR ORDINARIUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI.

MDCCCXXXVII.

DE

EMENDANDO

PENTATEUCHO GRAECO

SEPTUAGINTA INTERPRETUM ET INDE
HEBRAICO

ADDITO

CODICUM HOLMESIANORUM
RECENSU ET TEXTUS GRAECI DENUO
CASTIGATI SPECIMINE.

SCRIPSIT

IO. THEOPHILUS PLÜSCHKE,

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, HUIUSQUE IN
SEMINARIO THEOLOGICO AUGUSTANAE CONFESSIONIS APUD
BATAVOS PROFESSOR ORDINARIUS.

BONNAE
IMPENSIS ED. WEBERI.
MDCCCXXXVII.

VIRO SUMME REVERENDO

WILHELMO GESENIO

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTORI, HUIUSQUE IN ACADEMIA HALENSI PROFESSORI PUBLICO ORDINARIO, POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI IN CONSISTORIO ECCLESIASTICO CONSILIARIO CET. CET.

D. D. D.

Vir summe reverende!

Miraberis inspecto et perlustrato hoc libello, quid sit, quod Tuum nomen apud litteratores tam novi quam antiqui orbis clarum in eius fronte posuerim. Captationem benevolentiae interpretaberis, qua Tibi Tuoque praeiudicio hoc opusculum insinuetur, nec magnopere impedio. Quid enim exoptatius, quid commendabilius mihi contingere, quid ut coeptis gnaviter insistam, efficacius me incitare possit, quam Tuus tanti viri assensus? Sed eius impetrandi adeo exigua spes est, ut quaevis contraria exspectem. Nihilo minus permagni refert ad omnem antiquitatem Hebraicam recte aestimandam, quid statuatur de triplici recensione Pentateuchi, Alexandrina, Samaritana, Masorethica: estque ea res, me iudice, adeo non confecta, ut antiquae liti novam materiem subiiciendam putaverim. Mirumne, si hunc libellum Tibi, qui hac de re gravem sententiam pronuntiasti, Tibi inquam primo obtulerim? Tu sane,

qui spoliis Orientis dudum onustus nunc etiam ad Te rapuisti

quicquid de Libycis verritur areis,

adeo ut in hoc genere nihil relinquere velle videaris, quod in posterum occupent alii — Tu igitur et poteris et debebis quaestionem illam recognoscere, et quantum Tibi maiora negotia permittunt, novo examini subiicere, quo tandem virorum doctorum dissonae voces ad concordiam revocentur. Quorsum ego inclinem, hoc specimen Tibi significabit. De quo quicquid iudicaveris, divinum ego ingenium Tuum, immensamque eruditionem admirari non desinam.

Conservet Deus O. M. vitam Tuam orbi litterario et honestissimae domui Tuae quam diutissime. Tu vero, quo favore hactenus complexus es, prosequi perge

T u i N o m i n i s

Dabam Amstelodami
mense Octobri 1836.

observantissimum

D. *Io. Theoph. Plüschke.*

LECTIONES
ALEXANDRINAE ET HEBRAICAE.

I.

Est in libris sacris peculiare genus *Parallelismi*, quod in eorum interpretatione a Commentatoribus prospero successu adhibetur *): in re critica, meo quidem iudicio, nondum satis agnoscitur. Quale iam significem, exemplum melius docebit, quam subtilis definitio. *Fiat lux, facta est lux.* Iisdem verbis, quibus *decretum* Dei exponitur, etiam decreti *effectio* exponitur **). Sic per libros quidem historicos frequentissime. Iussit, mandavit, praecepit, praeparavit aliquis rem qualemcunque: scriptores Hebraici quod praestitum peractumque sit, ita enuntiare amant, ut longe ab eleganti variatione easdem locutiones, quibus modo fuerant usi, simpliciter repetant.

Exemplorum huius consuetudinis est ingens numerus, quamquam non omnium eadem ratio. Iuvabit hic pauca tantum et breviora, atque ubi nihil interest, Graece potius aut Latine, quam Hebraice ponere.

---

*) De Parallelismo in universum eiusque variis generibus et omni usu hermeneutico atque critico hic non agitur, estque ea res magnae amplitudinis, nec deficiet materies, quamvis saepe tractata, futuros scriptores. Qui nuper apud nos Batavos *de Parallelismo membrorum in Iesu Christi dictis observando* scripsit, Iac. Iulian. Snouck Hurgronje, Traiecti 1836, is hermeneuticum usum potissimum persequitur, sed criticum quoque tetigit et aliquot exemplis ex V. T. petitis illustravit.

**) Illud Ambrosius vocat *definitionem praeceptionis*, hoc *repetitum operationis*, itemque illud *indicium*, hoc *effectum*.

Legimus, ut consulto omittam librum Geneseos, in vocatione Mosis Ex. 4, 3 sqq.: *Ῥίψον αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν καὶ ἔρριψεν αὐτὴν ἐπὶ τὴν γῆν.* Mox: *Ἔκτεινον τὴν χεῖρα, καὶ ἐπιλαβοῦ τῆς κέρκου· ἐκτείνας οὖν τὴν χεῖρα ἐπελάβετο τῆς κέρκου.* Item: *Εἰσένεγκον τὴν χεῖρά σου εἰς τὸν κόλπον σου· καὶ εἰσήνεγκε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸν κόλπον αὐτοῦ·* quae verba commatis sexti etiam proximo commate septimo eadem *περισσολογίᾳ* eodemque ordine et numero repetuntur, ut nihil desit ad perfectam concinnitatem.

In loco I Reg. (Samuelis) 25, 13 Hebraeus habet: *Cingite unusquisque gladium suum: et cinxerunt unusquisque gladium suum,* ubi Graecus textus perturbationem passus est. Ibidem Cap. 30. 7 Hebr. et Graecus (certe in Editt. Complutensi et Grabiana): Προσάγαγε *τὸ ἐφούδ· καὶ προσήγαγεν* Ἀβιάθαρ *τὸ ἐφούδ κτλ.* Item III. Reg. 13, 13: *Ἐπισάξατέ μοι τὸν ὄνον· καὶ ἐπέσαξαν αὐτῷ τὸν ὄνον.* Et IV Reg. 9, 33: *Κυλίσατε αὐτήν· καὶ ἐκύλισαν αὐτήν.* Cap. 10, 14: *Comprehendite eos vivos: et comprehenderunt eos vivos.* Ibidem 13, 15 sqq.: *Λάβε τόξον καὶ βέλη· καὶ ἔλαβε . . . τόξον καὶ βέλη.* Mox *Ἐπιβίβασον τὴν χεῖρα σου . . . καὶ ἐπεβίβασεν τὴν χεῖρα αὐτοῦ,* ac deinceps: *Ἄνοιξον . . καὶ ἤνοιξε . . Τόξευσον· καὶ ἐτόξευσε . . Πάταξον· καὶ ἐπάταξεν κτλ.*

Addimus locum unum et alterum ex Prophetis. Zach. 3, 5: *Ἐπίθετε κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ· καὶ ἐπέθηκαν κίδαριν καθαρὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ κτλ.* Cap. 6, 7: *Περιοδεύσατε τὴν γῆν· καὶ περιώδευσαν τὴν γῆν.* Ezech. 8, 5 sqq.: *Ἀνάβλεψον τοῖς ὀφθαλμοῖς σου πρὸς Βορρᾶν· καὶ ἀνέβλεψα τοῖς ὀφθαλμοῖς μου πρὸς Βορρᾶν.* Paulo infe-

rius: Ὄρυξον (ἐν τῷ τοίχῳ)· καὶ ὤρυξα (ἐν τῷ τοίχῳ) . . Εἴσελθε καὶ ἴδε, . . καὶ εἰσῆλθον καὶ ἴδον κτλ. Adde Dan. 6, 24: *Danielem iussit sursum trahi ex fovea, et sursum tractus est Daniel ex fovea.*

Etiam a N. T. ea consuetudo minime aliena est. Matth. 12, 13: itemque Marc. 3, 5: Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· καὶ ἐξέτεινε cet. Qui longius exemplum requirit, consideret ὀθόνην μεγάλην et quae ea continebantur, oblatam Petro Act. 10, 11. 11, 5, ubi tamen ad perfectam aequabilitatem nonnulla desiderantur.

Sic consueverunt scriptores Hebraeorum, nec tamen soli. Etiam apud classicos auctores eadem illa aut eorum simillima, tametsi multo rarius, inveniuntur. Non temere Houbigantius ad carmina Homerica provocavit, nec dubito, quin *Homerus* ἑβραΐζων (cuiusmodi libellus nescio cuius auctoris mihi aliquando in manibus fuit) multis etiamnunc placere possit, si comparatio Graeci poëtae cum scriptoribus Hebraicis caute et prudenter instituatur. Sufficiat unus locus Iliad. II, 11 sqq., 28 sqq., 65 sqq.:

Θωρῆξαί ἑ κέλευε καρηκομόωντας Ἀχαιοὺς
πανσυδίῃ· νῦν γάρ κεν ἕλοι πόλιν εὐρυάγυιαν
Τρώων· οὐ γὰρ ἔτ' ἀμφὶς Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἀθάνατοι φράζονται· ἐπέγναμψεν γὰρ ἅπαντας
Ἥρη λισσομένη· Τρώεσσι δὲ κήδε' ἐφῆπται.

Haec Ὀνείρῳ mandat Iupiter, Agamemnoni nuntiat Ὄνειρος, concioni exponit Agamemnon. Cf. Il. I, 65. 93., IV, 195 sqq., 205 sqq. cet. cet. Apud Xenophontem in Exped. Cyri alicubi legitur: ὅτῳ δοκεῖ

ταῦτα, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα. ἀνέτειναν ἅπαντες κτλ. *)

Sed redeo ad scriptores Hebraicos. In aliquibus enim locis eiusdem generis passim etiam maior observatur *περισσολογία*, *interpositis duabus enuntiationibus tertia media* hunc fere in modum: *καὶ ἐγένετο οὕτως*, aut *καὶ ἐποίησεν* (*ἐποίησαν*) *οὕτως*, aut: *καὶ ἐποίησεν κατὰ τὸ ῥῆμα κτλ.* aut similiter. Eam rem prima fronte levem in arte critica praetervidisse aut contempsisse nemini proderit. Videamus aliquot exempla.

In historia Iacobi Gen. 29, 27. 28 haec habentur. *Συντέλεσον οὖν τὰ ἕβδομα ταύτης, καὶ δώσω σοι κτλ. Ἐποίησε δὲ Ἰακὼβ οὕτως, καὶ ἀνεπλήρωσε τὰ ἕβδομα ταύτης· καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Λάβαν Ῥαχὴλ κτλ.* Aliquatenus tantum huc referendus est locus Ex. 7, 11: *Συνεκάλεσε δὲ Φαραὼ τοὺς σοφιστὰς Αἰγύπτου . . καὶ ἐποίησαν . . ὡσαύτως, καὶ ἔῤῥιψαν ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτῶν κτλ.* Potiori iure huc pertinet ib. comma 20, ubi decreto divino et eius effectioni medio loco interponitur *καὶ ἐποίησαν οὕτως Μωυσῆς καὶ Ἀαρὼν, καθάπερ ἐνετείλατο αὐτοῖς κύριος κτλ.* Adde Ex. 16, 16. 17. . . *συλλέξατε. Ἐποίησαν δὲ οὕτως οἱ υἱοὶ Ἰσραήλ, καὶ συνέλεξαν κτλ.* Cap. 18, 24 consilio Mosi dato et eius consilii effectioni interponuntur haec verba:

*) Omnibus his exemplis commune est Terentii illud *Dictum, Factum*, et Homericum istud Iliad. 19, 242:

αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἔην, τετέλεστο δὲ ἔργον.

Homerica autem et Mosaica comparari posse non uno respectu, satis constat. Praeiverunt veteres, inprimis Clemens Alexandrinus, ut observat Augusti Einleitung in's A. T. §. 89 sqq.

Ἤκουσε δὲ Μωυσῆς τῆς φωνῆς τοῦ γαμβροῦ, καὶ ἐποίησεν ὅσα εἶπεν αὐτῷ. Num. 20, 25. sqq... καὶ ἀναβίβασον αὐτοὺς εἰς .. τὸ ὄρος .. καὶ ἐποίησε Μωυσῆς καθὰ συνέταξε κύριος αὐτῷ, καὶ ἀνεβίβασεν κτλ. Memorabilis inprimis locus Ios. 10, 22. 23.

הוציאו אלי את־חמשת המלכים האלה מן־המערה ויעשו כן
ויוציאו אליו את־חמשת המלכים האלה מן המערה

Educite ad me quinque reges illos ex antro:
et fecerunt ita:
et eduxerunt ad eum quinque reges illos ex antro.

Similiter I Reg. (Sam.) 6, 7 sqq.: Καὶ νῦν λάβετε .. δύο βόας .. καὶ ζεύξατε .. καὶ ἐποίησαν οἱ ἀλλόφυλοι οὕτω, καὶ ἔλαβον δύο βόας .. καὶ ἔζευξαν κτλ. Et III Reg. 14, 4 eodem modo collocatur formula ותעש כן אשת ירבעם, ubi textus Grabianus (non item Romanus Editionis Sixtinae, quippe quae viginti versus integros, τὰ κατὰ τὴν νόσον καὶ τὴν τελευτὴν Ἀβιὰ τοῦ υἱοῦ Ἱεροβοὰμ neque μετὰ ἀστερίσκων, neque sine signis Hexaplaribus exhibet, sed prorsus omittit): καὶ ἐποίησεν οὕτως γυνὴ Ἱεροβοάμ, similiterque Complut. et Aldina. Sic fere Cap. 17, 5: καὶ ἐποίησεν Ἠλιοὺ κατὰ τὸ ῥῆμα κυρίου et vs. 22 καὶ ἐγένετο οὕτως. Adde IV. Reg. 7, 20: καὶ ἐγένετω οὕτως, καὶ συνεπάτησαν αὐτὸν ὁ λαὸς ἐν τῇ πύλῃ καὶ ἀπέθανε. Ib. Cap. 8. 2: Καὶ ἀνέστη ἡ γυνὴ καὶ ἐποίησε κατὰ τὸ ῥῆμα Ἐλισαιέ .. καὶ παρῴκει ἐν γῇ ἀλλοφύλων ἑπτὰ ἔτη.

Ex propheticis libris exempla haec sunto. Ez. 12, 3 sqq. Καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου ποίησον σεαυτῷ σκεύη αἰχμαλωσίας .. ac deinceps vs. 7 καὶ ἐποίησα οὕτως κατὰ πάντα ὅσα ἐνετείλατό μοι, sed haec nondum sufficiunt ad perspicuitatem, additur insuper

καὶ σκεύη ἐξήνεγκα αἰχμαλωσίας, ut lectori quae lecta sunt denuo legenda proponantur. Dan. 1, 12 sqq. Theodotio: *Πείρασον δὴ τοὺς παῖδας σου ἡμέρας δέκα . . καὶ εἰσήκουσεν αὐτῶν, καὶ ἐπείρασεν αὐτοὺς ἡμέρας δέκα*, quibus congruunt LXX in Codice Chisiano, nisi quod medium membrum exhibent *καὶ ἐχρήσατο αὐτοῖς τὸν τρόπον τοῦτον*. Ex N. T. in promptu est locus Luc. 9, 14. 15: *Κατακλίνατε αὐτούς . . καὶ ἐποίησαν οὕτω, καὶ ἀνέκλιναν* (alii *κατέκλιναν*) *ἅπαντας*.

Sed satis exemplorum eius tergeminae enuntiationis, quam lectoribus meis in memoriam revocavi, quo promptiores reddam admittendis emendationibus vel coniecturis, quae infra proponentur. Unum addo, quod me vel non monente intelligitur, membrum postremum in illo genere loquendi aliis verbis exprimi vel etiam omitti posse. Sic Luc. 6, 10: *Ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου. Ὁ δὲ ἐποίησεν οὕτω· καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ κτλ.* Act. 12, 8: *Περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. Ἐποίησε δὲ οὕτω*, nihil amplius. Ceterum dubitare licet, an huius *περισσολογίας* e studio perspicuitatis enatae, quam apud SS. SS. deprehendimus, multa exempla aequalia apud auctores Graecos et Latinos reperiantur: ne ex Homero quidem locum planissime adaequatum afferri posse existimo.

Iam si quaeritur, an observatum hoc peculiare genus Parallelismi aliquem usum habeat ad recte iudicandos Bibliorum textus originales eosque inter se conciliandos omnemque Crisin, nemo facile erit, qui universe rem diffiteatur *). Ubi vero, et quando, et quibus

*) Permultum ne dicam nimium illi Parallelismo tribuit Kennicottus Dissert. super ratione text. Hebr. pag. 364 sqq. in Vers. Lat.

cautionibus id fieri possit ac debeat, intricatior quaestio est. Legimus Gen. 47, 31 ὄμοσόν μοι· καὶ ὤμοσεν αὐτῷ, optime. Quis est, qui in eo loco vel tantillum dubitationis sentiat, planissime concordantibus Hebraeo, Samaritano, Graeco, Latino? At Cap. 31, 46 sollicitare licebit textum Masorethicum, ubi omnes hactenus inventi Codices MSS. tam Hebr. quam Samaritani Editique omnes praebent לקטו אבנים ויקחו אבנים? Id si quis ex mera coniectura ausus fuerit, paucos habebit adstipulatores. At LXX συλλέγετε λίθους· καὶ συνέλεξαν λίθους. Uter textus praestat, Graecus an Hebraicus? Ad sententiam quidem perinde est, utrum retineatur ויקחו, an substituatur וילקטו, et potest utrivis lectioni vel ex loco Ex. 16, 16. 17, qui ipse dubius est, vel aliunde patrocinium peti: sed ingens pondus huic minutiae inest, simulatque de aestimatione et pretio veterum testimoniorum disputatur. Iud. 3, 28: Καταβῆτε ὀπίσω μου . . καὶ κατέβησαν ὀπίσω αὐτοῦ, sed Hebr. רדפו אחרי et mox וירדו אחריו, in quibus statim observatur permutatio verborum *persequendi* et *descendendi*, רדף et ירד, ut et hic Graecus praestare videatur. Item I Reg. 3, 5 ἀνάστρεφε, κάθευδε, καὶ ἀνέστρεψε καὶ ἐκάθευδε. In Hebr. hodierno respondet שוב priori membro, sed sequitur וילך quod non respondet. An Graecus in suo libro Hebr. invenit וישב, idque ab ipso scriptum Hebraico auctore? Equidem id aio potius quam nego. Dixerit

Telleri. Item Dissert. secundae pag. 299. Dissert. general. p. 47. Perpaululum ne dicam parum illi tribuit, propemodum negans vel potius dissimulans rem testatissimam et nemini mortalium magis notam quam ipsi, Gesenius de Pentat. Samar. orig. pag. 47. Habes exemplum ex I Sam. 20, 11 apud ipsum pag. 63.

nonnemo, LXX Intt. multis in locis sensum potius quam verba reddidisse, plurima indulsisse suae licentiae, haud pauca perverse exposuisse, linguam Hebraicam non satis calluisse, et eiusmodi alia, quae patroni et fautores textus Masorethici causantur. Hoc absit ut per calumniam dictum putemus, si quis de toto corpore Versionis Alex. loquatur. Sed nihil illorum cadit in loca commemorata, quibus vel mera coniectura medicinam adhibere possis ac debeas. Nec desunt contraria exempla, ubi textum Hebr., quamquam de vitio suspectum, LXX scrupulose exprimunt. Nam IV. Reg. 10, 20 in Hebr. exstat קדשו עצרה לבעל ויקראו, ubi haud inepte coniicias, utrobique, aut קדש aut קרא ab Hebraeo scriptum fuisse, sed LXX lectionem Hebr. hodiernam sive bonam sive malam magna fide reddiderunt: Ἁγιάσατε ἱερείαν (alii θεραπείαν, alii utrumque,) τῷ Βάαλ· καὶ ἐκήρυξαν. Sic et alibi iidem illi exacte suo negotio funguntur, ubi non deerat addendi, omittendi, mutandi, variandi opportunitas. Videsis III. Reg. 3, 24: Λάβετέ (μοι) μάχαιραν· καὶ προσήνεγκαν τὴν μάχαιραν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως. Adde IV Reg. 6, 7: καὶ εἴρηκεν, Ὕψωσον σεαυτῷ [sc. τὸ σιδήριον]· καὶ ἐξέτεινε τὴν χεῖρα καὶ ἔλαβεν αὐτό. Fuit igitur ille Parallelismus, de quo agitur, de consuetudine scriptorum Hebraicorum: de necessitate non fuit.

His in universum disputatis redeo ad Γένεσιν Κόσμου, et meo iure quaero, an illud *Fiat lux et facta est lux* potestatem nobis faciat eiusdem Parallelismi per totum Caput, sicubi desideretur, non ex coniecturis sed consultis testimoniis antiquis restituendi? Age videamus, et textum Graecum LXX. Intt. cum

Hebraico hodierno contendamus, a quo leviter discrepat Samaritanus. Initium faciam non ab initio libri, ne statim ab initio temeritatis accusari possim, sed a versibus 6 et 7, ubi primum exemplum deprehenditur verae discrepantiae textus Masorethici et Graeci in verbis *καὶ ἐγένετο οὕτως*. Habet sane Hebraeus ויהי כן, habet Samar. habet in Hexaplis τὸ Ἑβραϊκὸν ἑλληνικοῖς γράμμασιν, ubi legimus *ουιει χεν*, habuerunt procul dubio Aquila, Symmachus, Theodotio, licet eorum textus comm. septimo perierit, habet Targum Onkelosi, itemque Syrus, Arabs Waltoni, et Vulgatus quoque, sed *praepostera sede collocatum* habent, ut verissime monet Alexander Geddes. Occupat illa phrasis iusto iure medium locum inter decretum divinum et decreti divini effectionem. Tres hae enuntiationes

Καὶ εἶπεν ὁ Θεός, Γενηθήτω στερέωμα . . .
καὶ ἐγένετο οὕτως·
καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα . .

quibus respondet Lat. Vet.

Et dixit deus: Fiat firmamentum . . :
et sic est factum *)
et fecit deus firmamentum . . .

tres igitur hae enuntiationes suis sedibus ita sunt aptae, ut nulla transpositio locum invenire possit, nisi vitiosa. Media abesse potest, sedem mutare non potest. Quod Sebastian. Castellio illud ויהי כן praepostere locatum commati octavo iunxit: *Quo facto liquidum coelum nuncupavit;* id in Translatore nemo reprehendit, sed inde nihil patrocinii peti potest ad defendendum textum

*) Ita dedit Petr. Sabatier ex Augustino, sed idem in notis ex Ambrosio attulit *et factum est sic.*

Masorethicum. Quod Complutensis illud *καὶ ἐγένετο οὕτως* invitis omnibus MSS. Holmesianis plane omisit; quod Grabius idem illud tamquam reprobum et reiectaneum Obelo insignivit, et nihilo secius ad finem commatis septimi praefixo Asterisco revocavit *): id neminem movere debet; nimirum hoc est obsequi Masorethis. Nobis certe non licet tam obsequiosis esse, ut in eius gratiam gentis illud *καὶ ἐγένετο οὕτως* contra optimorum et plurimorum testium fidem in Graeco textu vel transponamus vel iteremus vel omittamus.

Iam *κατὰ πόδα* sequamur ordinem dierum et commatum in examinandis utriusque textus discrepantiis. Itaque in opere *secundi diei* aliud observemus attentione dignissimum, quod vs. 8 apud LXX, summo MSS. hactenus exploratorum **) consensu, etiam Veteris Latinae Versionis Ante-Hieronymianae suffragio legitur: *καὶ εἶδεν* (alii *ἴδεν*) *ὁ θεός, ὅτι καλόν*, quorum nihil est in hodierno textu Hebr., et nihil fuit in textu pedissequorum eius omnium, quos supra nominavi. *Quae verba*, ut Houbigantii argumentatione utar, *Graecos Intt. suo Marte addidisse cur suspicemur, nulla iusta est ratio. Dixeris potius, id quod*

---

*) Revocavit repugnante Codice suo, h. e. Alexandrino, sed eo nomine excusabilis, quod Hexaplarem textum, non *τῆς Κοινῆς*, se daturum spopondit. Habent illa *καὶ ἐγένετο οὕτως* hoc posteriore loco XX fere Mss. Holmes., in quibus 127 Moscuensis, adiectam suppeditans hanc notam marginalem: *ἔνθα κεῖται ἀστερίσκος· κεῖται μὲν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ· οὐ φέρεται δὲ παρὰ τοῖς Ο′.* Norma iudicandi Grabio, ut antiquitus Hieronymo, erat *Hebraica Veritas*, h. e. textus Hebr. receptus: hinc ipse viam sibi et aliis praecludebat ad emendandum ex Graeco Hebraeum.

**) Merus error videtur, quod Montf. in Hexaplis ea verba in textu LXX omittit.

in suo Codice illi legebant, in ceteris olim defuisse, in hodiernis nunc deesse Codicibus. Enimvero difficile dictu est, quum de iis rebus, quae alios per quinque dies creatae sunt, dicatur Et vidit deus id esse bonum, cur non etiam de iis, quae die secundo conditae sunt, idem dicatur. Sed facile erat, ut quae verba hoc in Capite saepe iterantur, eadem semel omitterentur. Haec ille. Similiter iudicavit Alex. Geddes. Quibus cur suffragari nolim, iustam rationem non video, nisi aliquis certis argumentis demonstret, ipsos LXX pro arbitratu et conformandi studio ista verba allevisse, id quod vehementer vereor ut demonstratum sit, aut demonstrari possit. Nimirum ut Dei *decretum* subsequitur operis *effectio*, ita effectionem subsequitur operis *approbatio* per totum Caput. Obelum de more his verbis praemisit Io. Ern. Grabe, non tantum in Editionis Tomo I, sed iam antea in *Specimine primo novae τῶν O' Editionis*, Oxon. 1705, quod inscriptum est Γένεσις Κόσμου, pag. 2, subiunctis quae habentur apud Origenem Epist. ad Iulium Africanum: Καὶ ἐν τῇ Γενέσει δὲ τὸ εἶδεν ὁ Θεὸς ὅτι καλόν, ἐπὶ τὸ γενέσθαι στερέωμα, παρ' Ἑβραίοις οὐχ εὑρίσκεται . . καὶ ἄλλα δέ ἐστιν εὑρεῖν ἐν τῇ *Γενέσει*, οἷς σημεῖα παρεθήκαμεν, τοὺς καλουμένους Ὀβελούς. Origenis quidem aevo illud in Hebraeorum textibus inventum non esse, ambabus manibus largior, nec mihi opus est eius diserto testimonio, quum alii testes abunde satisfaciant: sed Graecus Interpres Pentateuchi aliquot saeculis antiquior est Origene et Iudaeis Origenis aequalibus. Obelis vero Adamantini tantum pretium statuimus, quantum eius sagacitati criticae, nec est, quod in eiusmodi rebus ullum nomen

quantumvis clarum, aut ullum praeiudicium Patrum ecclesiae antiquae reformidemus. Quaerebam aliquot abhinc lustris ex docto Iudaeo Vilnoviensi, maturae aetatis viro, qui Lipsiam venerat, ibique Acroases quasdam recitabat, postmodum hic Amstelodami inopia et crapula confectus est, cur in opere secundi et tantum secundi diei desit approbatio divina. Ille vero Rabbi *Naphthali Abraham* (ita se nominabat) quod responderet non habebat, nisi esse in sua gente qui dicerent, numerum binarium utpote discordiae indicium et malum omen consulto omissum a Mose *). Idem ille quum hanc approbationem divinam in textu LXX me ostendente suis oculis videret haud omnino ignarus Graecae linguae, mirari coepit et multo magis quam antea haesitare. Cuicuimodi haec sint, ego minime dubito, textum Graecum h. l. praeferre Masorethico. Longe aliter *Theoph. Eduard. Toepler*, Hungarus, a quo in plurimis mirum quantum dissentio. Is enim *De Pentateuchi interpretationis Alex. indole crit. et hermen.* pag. 11 hanc ipsam Graeci textus particulam indicta causa νοθείας condemnavit atque in *immensam additamentorum molem* coniecit, quae sit *profecta a nimio studio, textum satis sibi constantem, aequabilem, perspicuum, etiam pleniorem perfectioremque reddendi*, ut ipse loquitur ib. pag. 7. Ego viam meam persequar.

In commate 9 legimus εἰς συναγωγὴν μίαν, h. e. אֶל־מִקְוֶה אֶחָד, ut recte docet *Lud. Cappellus* Criticae Sacrae pag. 612, Edit. Halensis, post allata similia exempla permutatorum inter se elementorum *He* et *Mem*. Suc-

*) Fuit id πρόβλημα apud Iudaeos aevo Origenis, observante Kennicotto Dissert. Gener. Edit. Bruns p. 175.

currat aliquis hodierno textui Hebraico, provocans ad מקום Ps. 104, 8. Sed est מִקְוֶה vocabulum insolentius et Parallelismo congruentius, recurritque paulo post in proximo commate: et lectio difficilior, rarior, exquisitior praeferri debet, nisi aliae rationes obstent, planiori et vulgatiori, si recte praecipiunt Critici. At leve hoc est. Sequitur eodem vs. 9 post *καὶ ἐγένετο οὕτως* satis longa *ῥῆσις* apud LXX, quae in hodierno textu Hebr. non comparet, scilicet: *καὶ συνήχθη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν* [*αὐτοῦ* tres MSS. et Compl.] *καὶ ὤφθη ἡ ξηρά.* His satis congrua dat Vet. Latina: *Et congregata est aqua, quae sub coelo est, in congregationem unam, et apparuit arida.* Quis aequus iudex credat, hanc scilicet laciniam vel ab ipsis LXX temere assutam sacris Prophetae oraculis, vel ab audaculo scriba Graeco pro supplemento allitam, quum et testes satis consonent et superiora pariter atque inferiora omnia illam particulam ut genuinam commendent? Quis demonstret, fidum interpretem pro libidine integras sententias intercalare ausum, quibus lectores omnes facile careant? Codex Holmes. 127 etiam hic habet: *ἔνθα κεῖται ὄβελος· οὐ κεῖται ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, παρὰ μόνοις δὲ φέρεται τοῖς Ο΄.* Quadrant quae sunt apud *Basilium M.* Homilia IV. in Hexaëmeron. Is animadvertente Grabio postquam dixerat, ista *ἔν τισι* . . in aliquibus tantum exemplaribus legi, subiungit: *ἅπερ οὔτέ τινες τῶν λοιπῶν ἐκδεδώκασιν ἑρμηνέων* [Aquila, Theodotio, Symmachus etc.], *οὔτε ἡ χρῆσις τῶν Ἑβραίων ἔχουσα φαίνεται· καὶ γὰρ τῷ ὄντι παρέλκει μετά τὴν μαρτυρίαν τοῦ ὅτι ἐγένετο οὕτως ἡ τῶν αὐτῶν πάλιν ἐπεκδιήγησις.* Τὰ *τοίνυν ἀκριβῆ τῶν ἀντιγρά-*

φων ὠβέλισται· ὁ δὲ ὄβελος ἀθετήσεως σύμβολον. Vides, quantum tribuat Basilius textui Hebr. et Aquilae cum reliquis translatoribus sequioris aevi, et qualem normam in iudicandis discrepantiis sequatur. Miratur ille in hoc commate περισσολογίαν, quasi nesciret, eandem verbositatem quum alibi saepissime, tum praesertim per hoc ipsum Caput eodem modo obtinere. Emendatiora exempla vocat, quibus appositus erat Obelus: ὠβελισμένα eidem sunt reprobra *). Licuit illi Obelum vocare ἀθετήσεως σύμβολον: nobis licebit, antiquum aurum retinere, et ὠβελισμένα tantum non omnia reposcere.

In proximis, ut intacta relinquam leviora, molestiam creant vs. 11: κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα itemque vs. 12: κατὰ γένος καὶ καθ' ὁμοιότητα, quibus utrobique unum vocabulum למין respondet. Dubitari non potest, quin κατὰ γένος ab ipsis LXX profectum sit, si conferantur Cap. 7, 14 et complura Geneseos loca: de verbis καὶ καθ' ὁμοιότητα dubitare licebit. Quodsi testes examinemus, ea retineri potius debebunt quam summoveri, nam MSS. Graecorum in his satis magnus consensus est (nisi quod Codex Alexandrinus locis illis duobus, quasi nondum satis onerato textu, insuper interiecit εἰς ὁμοιότητα), et Latini quoque, tametsi cum aliqua varietate, utrumque

*) Quantum sibi in textu N. T. ecclesiarum praepositi permiserint, iam H. Grotius notavit ad Luc. 19, 41, allatis verbis Epiphanii: ἀλλὰ καὶ ἔκλαυσε κεῖται ἐν τῷ κατὰ Λουκᾶν ἐν τοῖς ἀδιορθώτοις ἀντιγράφοις, h. e. in libris manum criticam non expertis. Res nota omnibus, qui IV Evangelia studio critico tractarunt: nimirum ὀρθόδοξοι ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν, cf. Dav. Schulz ad Luc. 22, 43 in nova Edit. N. T. Griesbachiani.

expresserunt *secundum genus et secundum similitudinem*, excepto tamen Ambrosio, qui vs. 11 bis habet *secundum genus*, de similitudine nihil. Quid mihi videatur quamvis dubitanti, paucis significabo. Sunt in textu LXX innumera διττογραφήματα, intellige bina unius eiusdemque locutionis Hebraicae interpretamenta, quale etiam in hunc locum irrepsisse arbitror. Adiectum est καθ' ὁμοιότητα a scriba nescio quo, cui aditus patebat ad Aquilae, Symmachi, Theodotionis Versiones, vel potius (quoniam et isti triumviri מין exponere solent γένος) ad aliam nescio cuius interpretationem, nisi pro mero glossemate reputentur: certe vocabulum ὁμοιότητος apud LXX alibi non amplius legitur, quamquam ὁμοιοῦν et ὁμοίωμα minime aliena sunt a Pentateucho. Sed fateor, haec mihimet ipsi non adeo placere ut lubens acquiescam.

In commate 12: Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ, Lat. *et produxit terra* plane concordant cum Hebraeo. Non ἐξήνεγκεν, sed ἐξήγαγεν unus MS. Holmes. 16, Medicaeus saec. fere XI. Neutrum abhorret. In Hebr. pro ותוצא haud inepte coniicias וַתַּדְשֵׁא, commendabile a Parallelismo, quem huius Capitis auctor manifesto affectavit.

Transituro mihi ad opus *diei quarti*, vs. 14 sqq., magna perturbatio occurrit in lectionibus veterum membranarum, quae me multum vexavit. Observare licet et hic primo *Dei decretum*, deinde *effectionem*, denique *approbationem*. Ordiamur ab effectione. Docetur vss. 17. 18. in utroque textu, Hebraico et Graeco, triplex usus siderum maiorum, *ut luceant*, *ut regnent*, *ut separent*. En Graeca et Latina Hebraicis consonantia:

1) ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς,

2) *καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός,*
3) *καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους·*
1) *ut luceant super terram,*
2) *et ut sint in inchoationem diei et noctis,*
3) *et ut dividant inter lucem et tenebras.*

Iam quaeritur, an ex his vss. 17. 18 restitui possit ac debeat ordo sententiarum et vocum in praecedenti decreto divino, vss. 14. 15, mirifice turbatus et a Criticis antiquis Christianorum aliter atque aliter tentatus, versatus, tractatus, refictus? *) Ex mera coniectura id facere nefas censebitur. At mihi propemodum optanti occurrit testimonium, quod etiam invitis et recusantibus occurret. Habet unus MS. Graecus vs. 14. 15. easdem sententias ac voces eodem ordine, qui ex coniectura probabilis est collatis vss. 17. 18, et eius auctoritas mihi omnino sufficit, ut ita scriptum esse credam ab ipsis LXX, praesertim quum antiqua Versio Latina magnam partem suffragetur, aliquam partem etiam textus Samaritanus **). *Codicem* dico *Oxoniensem*, hoc ipso nomine signatum a *Lamberto Bos* et superioribus, *Patricio Iunio*, *Briano Waltono* etc., at in opere Holmesiano 75, quem Anglicanus Editor inter *Codices praecipue notandos* retulit, quemque ego, nondum viso opere Holmesiano, principem omnium

*) Phrasis *εἰς φαῦσιν* Symmacho potius convenit, quam LXX Interpretibus.

**) In transitu hic videbunt lectores, quale mihi videatur iudicium *Jo. Henr. Hottingeri* Exercitatt. Antimorin. p. 45 sqq., *Hebraeorum Pentateuchum et antiquitate et puritate multis parasangis Samaritanum post se relinquere eoque esse eminentiorem.* Id si lubens concesserim de Lectionum Samaritanarum una et altera classe, tamen de *octo illis classibus*, quas fecit Gesenius, *ad unam omnibus* nullo pacto concedere possum.

testium iudicabam, quotquot mihi innotuerant. Habet ille maiorem, quam pleraeque omnes membranae Graecae copiam lectionum prorsus singularium, partim Hexaplarium, quod dolens confiteor, partim vero aliarum, discrepantium a textu Masorethico et haud raro talium, quae neque ex aëre arripi neque in cerebro librarii nasci potuerunt. Ex hoc MS. Oxoniensi commata 14. 15. infra ad calcem libelli exhibebo, nunc progressurus ad alias quasdam lectiones notabiliores.

Vexatissimus versus totius Capitis est 24, quamquam Grabius hic nihil vitii odoratus est. Insunt Hebraico pariter ac Graecis textibus eadem fere elementa sententiarum sed ubique pessime disiecta, et in MSS. Graecis haud paucis etiam aucta vocibus adventiciis. Tentabo aliquid, ut genuinam et nativam scripturam eruam, diligenter exploratis Graecis MSS. et Edd., habita etiam ratione Latinorum, nominatim Ambrosii.

1) Καὶ εἶπεν ὁ θεός. ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν (κατὰ γένος)·
2) [τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ]
3) θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος,
4) καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος,
5) καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος (αὐτῶν)·
6) καὶ ἐγένετο οὕτως.

Quae uncinis quadratis inclusi, pannicularia sunt, quae rotundis, dubia. Quartum membrum composui ad MS. Oxon. et alios complures, Editionemque Complutensem: similiter quintum membrum. Per totam Genesin בהמה constanter vertitur *κτῆνος*, ut et h. l. nativum videatur: in continua vero scriptione facile permutari potuerunt *τετράποδα* et *τὰ ἑρπετά*. Haec tentaminis loco sunto: meliora suppeditantibus gratiam habebo.

In *creatione hominis* male me habent καὶ καθ' ὁμοίωσιν, quippe alieniora ab indole eius, qui Genesin vertit, et Aquilam aut Symmachum redolentia, sed retonante testium nube (in quibus nescio an sit Iacob. 3, 9.) proscribere non audeo, nec Hebr. כדמותנו labefactabo, quod mihi aliquando merum glossema videbatur. Ad finem eiusdem commatis Oxon. addit καὶ ἐγένετο οὕτως, eaque hoc loco, ut Grabius Epist. ad Millium pag. 62 monet, *inserenda existimavit Procopius . . . ita scribens:* ἔδει τοῦτο κεῖσθαι μετὰ τὸ Ποιήσωμεν ἄνθρωπον καὶ τὰ ἑξῆς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων· καὶ οὕτως ἐπενεγκεῖν τὸ Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. *Sed Iustinus, Theophilus ac ceteri PP. id non agnoscunt.* Haec Grabius, cui adstipularer, si ea particula in MS. deterioris notae legeretur; at residet pauxillulum dubitationis.

Proximus versus 27 ipse quoque scrupulum iniicit accurate legentibus. Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, non expressis, quae Hebraeus intermedia habet בְּצַלְמוֹ, quaeque sine graviore causa labefactari aut vexari non debent, quoniam id pleonasticum loquendi genus Hebraeis aptum est et consentaneum, ut videre licet Gen. 28, 6. 41, 11. 12. 49, 28. Ex. 1, 1. 25, 2. 11. Ezech. 21, 11. (alii 6.) 23, 3. 44. 32, 16. Iob. 32, 2 cet. cet. Satis probabiliter Rob. Holmes primigeniam scripturam hanc fuisse existimat

κατεικοναautoυκατεικοναθεου

cuius alterutra particula in summa similitudine elementorum a librario Graeco facile praetervideri potuit.

Per comma 28 cum recepto textu Graeco in Editt. primariis planissime consonat Latina Vetus, nec est

quod in illo acquiescere recusemus, tametsi nonnulla vocabula quae respondeant, in Hebr. desiderentur. In fine commatis unus Codex Holm. 59, Glasguensis, saeculi fere XII, addit *καὶ εἶδεν ὁ θεός ὅτι καλόν*, quod vereor ut sit idoneum satis et amplum testimonium: nam apud reliquos testes magnum hac de re silentium est, et additur generalis universi operis approbatio in fine Capitis, quamobrem proletarium illum non morabor.

Praetereo alia leviora quamquam minime satis expedita, et pergo ad verba intricatiora vs. 30 *ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς.* Sic et Compl. Ald. cum filiabus, et Grabius quoque ita disserens: *Codice nostro* [*Alexandrino*] *hic mutilato ψυχὴν reposui . . . quia* LXX נפש *saepissisime verterunt ψυχὴν, nusquam autem in omni Pentateucho πνοὴν, quomodo hoc loco Oxon. Theophilus* [in Iustini Mart. Edit. Colon. pag. 90 extr.] *Anastasius Lib. VII in Hexaëm. minus recte habent.* Itane vero? imo rectius, rectissime. Lectionum genesis ac series haec est. Scripsit auctor Hebraicus

אשר בו נשמת חיים

quae phrasis anteponenda est Masorethicae lectioni aliquid peregrinum et *σολοικοφανὲς* prae se ferenti: nam si regnantem usum loquendi consideramus, non *in homine* est נפש חיה, nisi forte in muliere partui proxima, sed ipse homo est נפש חיה (*ein lebendiges Wesen*); utut minime negem, נפש absque additamento etiam de anima vel spiritu hominis frequenter dici, et passim alternari נפש et נשמה. At esto *ἑβραϊκώτατον*, quod nunc praebent Masoreth. et Samaritanus, LXX certe et Latini non hoc, sed illud expresserunt

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ πνοὴν ζωῆς
quod habet in se spiritum vitae

plane ut infra Cap. 2, 7. similiterque 6, 17. 7, 22. Nativum hunc textum primigeniae Κοινῆς Critici veteres s. Origenes s. alii ad sui aevi Hebraica conformare conati sunt in subsidium vocato Theodotione, et male correxerunt

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς

sed inchoarunt tantum eam correctionem, non perfecerunt, ita perficiendam illam ex Aquila aut Symmacho,

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζῶσαν

quod ipsum est in aliquot deterioris notae MSS. Graecis, adstipulante Hieronymo: *in quibus est anima vivens.* Textum Hebr. hodiernum ob oculos fuisse Aquilae, Symmacho, (Theodotioni?) Hieronymo, manifestum est, sed alius et melior fuit Alexandrini Interpretis. Non potest in hoc loco ut in aliis haud paucis alteruter textus emendari, nisi uterque emendetur, Hebraicus et Graecus.

Quod statim sequitur *καὶ πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν*, apud Aug. *et omne pabulum viride in escam,* id cum Hebraicis satis concordat praeter *καὶ*, quod licet *sensum turbans* (verba Grabii) et omissum Theophilo Antiocheno, Codices Graeci magno consensu tuentur, suffragantibus adeo aliquot MSS. Hebraicis. Maluit Hieronymus *ut habeant ad vescendum.* Latet hic ut suspicor gravius quoddam et omnibus testimoniis antiquius vitium in textu Hebraico, ac vehementer vereor, ut is qui proposuerit נָתַתִּי כֹּל יֶרֶק עֵשֶׂב לְאָכְלָה, felicem medicinam fecerit. Mallem huic loco lucem petere ex Cap. 9, 3, sed vel sic nihil proficitur. Unum adhuc dignum observatu est, quod nullus Codex MS.

illis καὶ πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν aliquod verbum, puta δέδωκα vel simillimum addidit, quo sensum iuvaret. Meminerint huius abstinentiae ab omni supplemento, qui *additamentorum, quibus textus Graecus cum Hebraico comparatus abundat immensam molem* audaculis et sciolis librariis exprobrare haud contenti, audacter calumniantur, LXX Intt. ipsos non tantum singulas voculas, verum etiam integras sententias easque plurimas sacris textibus pro arbitratu attexuisse.

Capitis secundi prima varietas insignior est in verbis Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ, apud Latinos *Et consummavit deus in die sexto opera sua,* ubi Hebraeus *in die septimo.* Multa de his habentur apud Criticos et Commentatores nobis non repetenda *). Sanus est textus Graecus et manifestus eiusdem consensus cum Samaritano. Quaeritur, *sextumne* an *septimum* diem ipse auctor Hebraicus scripserit? Commendant Graecam lectionem loca parallela Ex. 20. 11. ubi Hebraeo consonans Graecus habet Ἐν γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε . . . καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ κτλ. itemque 31, 17, quibuscum conferri possunt ib. 23, 12. 24, 16. (Ambiguus est locus Ex. 13, 6. ubi Graecus et Vet. Lat. Ἓξ ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἑορτὴ κυρίου, sed Hebr. cum Hieron. in Vulg. *Septem diebus vesceris azymis, et in die septimo erit solemnitas*

---

*) Locum vocat iam adeo a viris doctis excussum, ut mirandum sit, a docto et accurato Critico illum pro insigni Mutationis Vocum exemplo adduci, *Io. Buxtorfius* Anticrit. adv. *Lud. Cappelli* Criticam p. 539. Diem sextum a Graecis, eosque sequentibus Samaritanis, huic loco intrusum pronuntiat Seb. Ravius Exercitatt. ad Houb. p. 133. Cf. Gesenius De Pent. Samar. p. 50.

domini.) Commendat in praesenti loco sextum diem etiam Iosephus Antt. Iud. I, 1. *τὸν κόσμον ἐν ἕξ ταῖς πάσαις ἡμέραις* Μωυσῆς *καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησὶ γενέσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι κτλ.* Quamobrem satis apertum est, Graeci lectionem haudquaquam esse deteriorem Masorethica, certe Editori τῆς Κοινῆς retinendam utpote multis et gravibus firmatam suffragiis, quae adeo non enervari posse uno alterove testimonio contrario Theophili Antiocheni (pag. 91 Edit. Colon.) Barnabae (Epist. Cap. 15) Athanasii (de quo videatur Cotelerius ad l. l. Barn.), existimavit Grabius, ut etiam in Hexaplari textu receptam servaverit.

Restat in tota hac pericopa unus locus, quem intactum relinquere non debeo. Dico commatis tertii, in quo *Γένεσις* Κόσμου finitur, verba extrema *ὧν ἤρξατο ὁ* θεὸς *ποιῆσαι*, Latine *quae inchoavit deus facere.* Hic habemus nodum in scirpo, nam Hebraeus dixit

אשה ברא אלהים לעשות

h. e. *quod creavit deus ut faceret* ut exponit Hieron. vel *quod produxit deus faciendo,* ut fere Gesenius, vel si mavis, *quod elaboraverat faciendo,* similiterque alii *). Improbabat hanc interpretationem *R. Naphthali Abraham,* cuius mentionem ad Cap. 1, 8 inieci, proponebatque: *um zu wirken, dass sie wirken sollten,* h. e. *ad operandum, ut vim suam efficacitatemque exercerent.* Nos nunc alia acturi sensum in medio relinquimus, tametsi non poenitebit, ad constructionem recepti textus Hebr. interim contulisse formulas עמל לעשות,

---

*) *quod* (*opus*) *recens formaverat* Franc. Ios. Val. Dom. Maurer Commentar. Gramm. crit. in V. T. Lipsiae 1832.

הגדיל לאשות Eccl. 2, 11. IV Reg. 21. 8. שמר לעשות, Ioel 2, 20 et similes. Quod iam quaerimus hoc est, utrum Graecus liberius expresserit sensum Hebraicae locutionis, an aliam in suo Codice Hebraico lectionem invenerit? Vix dubito, quin plerique omnes harum rerum iudices responsum praesto habeant non aliud, quam quale dedit *Franc. Volkmar Reinhardus*, hunc locum acrius persecutus Opuscc. Academ. Tom. I. p. 50 sqq. Is merito reprehendit *Io. Davidem Michaelis*, quod בדא maluerit quam ברא, qua coniectura vix frigidior excogitari poterat: immerito castigat tam suis quam aliorum verbis inscitiam Graecitatis in *Io. Clerico* et aliis viris eruditis, quasi ignorassent *), quid sit *ἤρξατο κηρύσσειν, ἤρξατο λέγειν, ἤρξατο λυπεῖσθαι, ἤρξατο οἰκοδομεῖν κτλ.* tandemque confidenter pronuntiat: *Certum itaque est, Alexandrinos hoc loco aliam lectionem non esse secutos, quam nec alius interpres vetustus vidit, omnes enim cum libris Hebr. consentiunt.* Patrocinantur sane huic acerbae censurae Hebraicorum Codd. MSS. cohortes et impressorum legiones, sed nihilo minus mihi licebit illud negare ac pernegare. Probe sensit Io. Dav. Michaelis, hac ratione Graecum cum Hebraeo hodierno eoque ieiuno conciliari non posse, sed aliquid variae lectionis subesse, nec tamen ausus est proponere quod proponendum erat,

אשר הֵחֵל אלהים לעשות

Id ipsum enim vix dubito quin LXX in Hebraico textu

*) Si audiamus *Io. Aug. Ernesti*, *ἤρξατο ποιῆσαι nihil aliud est quam ἐποίησε, et illud ἤρξατο centies sic redundat, ut apud Latinos* ***coepit***. Aliter hac de re *Winerus* Grammatik des neutestam. Sprachidioms §. 54.

suo invenerint, consideratis locis parallelis Cap. 6, 1: ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι, 10, 8: ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς, 11, 6: ἤρξαντο ποιῆσαι, 41, 54: ἤρξατο . . ἔρχεσθαι, it. Deut. 3, 24: σὺ ἤρξω δεῖξαι . . . τὴν ἰσχύν σου κτλ. IV Reg. 15, 37: ἤρξατο κύριος ἐξαποστέλλειν et sic porro. *) Argumentum meae sententiae tuendae non aliud habeo, quam quod multis videbitur levissimum, *consuetudinem Alexandrini interpretis satis constantem*, quae constantia si passim desideretur in locis intricatioribus aut male affectis, raro aut nunquam deficit in summa verborum Hebraicorum simplicitate aut perspicuitate. In legibus autem, quibus Versionum antiquarum usus tam criticus quam hermeneuticus adstringatur necesse est, principatum facile tenet ea, qua viri docti monuerunt: *non debere singula tantummodo translationum veterum loca temere decerpta cum textu sacro conferri, sed priusquam illas vel emendandis vel illustrandis librorum divinorum locis impeditioribus adhibeas, universum earum ingenium curatius examinandum esse ac diiudicandum, ut quam secuti fuerint auctores interpretandi rationem cognoscas penitusque perspicias* **). Verum quidem est, in Iudaica recensione Pentateuchi omnia oculis nostris subiici, ut nemo nisi luscus aut caecus aliquam voculam praetervidere possit: contra vero quid LXX in suo Codice Hebr. legerint nemini

*) Conspirare videtur Hebraismus in his formulis cum Graecitate et Latinitate, cuius rei causas hic non investigabimus. Placuit Koheleth ἑλληνίζων olim viro docto G. Zirkel, vix unquam alicui placebit Moses ἑλληνίζων.

**) Sic optime Winerus de Versionis Pentateuchi Samaritanae indole Lips. 1817, pag. 1 et 2.

nostrum viso, ab aversa tantum parte apparere minore evidentia. In omni Versione textus originalis potius transpicitur quam conspicitur: quod alter se cernere profitetur, id alter se cernere negat: alter haud dubie fallitur, sed neuter erroris convincitur. At non minus verum est, quod idem Reinhardus monet, *Versionem Alexandrinam, quum sit vetustissima, suo quodam iure postulare posse, ut inter reliquos testes prima sententiam rogetur: vehementer falli, qui eius lectionibus per omnes libros idem tribuant: quae e Pentateucho ducantur, universe spectatas, inprimis dignas esse, quarum habeatur ratio: de reliquorum librorum Versionibus varie iudicandum, quum et aetate et Interpretum sollertia magnopere differant.* Ita ille post alios plurimos, et si θεωρίαν spectamus, non adeo magnus est dissensus Ludov. Cappelli et Io. Buxtorfii, itemque Car. Franc. Houbigantii et Sebaldi Ravii *), quin aliquatenus ad concordiam revocari possint: simulatque ad πρᾶξιν ventum est, iidem illi in diverssimas partes abeunt. Mirumne, si ego quod omnibus probare cupio, paucissimis probavero?

Fuit hoc loco, ut rem repetam, textus primigenius

אשר החל אלהים לעשות

et verbum ברא in textu Masorethico est depravatio, quae non iniquae fortunae aut socordiae debetur, sed *certo consilio.* Haec legentes nonnulli, quos inauditae sententiae offendunt, graviter indignabuntur aut inanes nugas a me agi putabunt risu excipiendas. Hos rogo, ut libellum ponant, quoniam discedere non possum

*) Vide eius Exercitatt. philolog. ad Caroli Franc. Hubigantii Prolegg. pag. 220.

In *creatione hominis* male me habent καὶ καθ' ὁμοίωσιν, quippe alieniora ab indole eius, qui Genesin vertit, et Aquilam aut Symmachum redolentia, sed retonante testium nube (in quibus nescio an sit Iacob. 3, 9.) proscribere non audeo, nec Hebr. כדמותנו labefactabo, quod mihi aliquando merum glossema videbatur. Ad finem eiusdem commatis Oxon. addit καὶ ἐγένετο οὕτως, eaque hoc loco, ut Grabius Epist. ad Millium pag. 62 monet, *inserenda existimavit Procopius . . . ita scribens:* ἔδει τοῦτο κεῖσθαι μετὰ τὸ Ποιήσωμεν ἄνθρωπον καὶ τὰ ἑξῆς, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων· καὶ οὕτως ἐπενεγκεῖν τὸ Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον. *Sed Iustinus, Theophilus ac ceteri PP. id non agnoscunt.* Haec Grabius, cui adstipularer, si ea particula in MS. deterioris notae legeretur; at residet pauxillulum dubitationis.

Proximus versus 27 ipse quoque scrupulum iniicit accurate legentibus. Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, non expressis, quae Hebraeus intermedia habet בְּצַלְמוֹ, quaeque sine graviore causa labefactari aut vexari non debent, quoniam id pleonasticum loquendi genus Hebraeis aptum est et consentaneum, ut videre licet Gen. 28, 6. 41, 11. 12. 49, 28. Ex. 1, 1. 25, 2. 11. Ezech. 21, 11. (alii 6.) 23, 3. 44. 32, 16. Iob. 32, 2 cet. cet. Satis probabiliter Rob. Holmes primigeniam scripturam hanc fuisse existimat

κατεικοναααυτουκατεικοναθεου

cuius alterutra particula in summa similitudine elementorum a librario Graeco facile praetervideri potuit.

Per comma 28 cum recepto textu Graeco in Editt. primariis planissime consonat Latina Vetus, nec est

quod in illo acquiescere recusemus, tametsi nonnulla vocabula quae respondeant, in Hebr. desiderentur. In fine commatis unus Codex Holm. 59, Glasguensis, saeculi fere XII, addit *καὶ εἶδεν ὁ θεός ὅτι καλόν*, quod vereor ut sit idoneum satis et amplum testimonium: nam apud reliquos testes magnum hac de re silentium est, et additur generalis universi operis approbatio in fine Capitis, quamobrem proletarium illum non morabor.

Praetereo alia leviora quamquam minime satis expedita, et pergo ad verba intricatiora vs. 30 *ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς*. Sic et Compl. Ald. cum filiabus, et Grabius quoque ita disserens: *Codice nostro* [*Alexandrino*] *hic mutilato ψυχὴν reposui . . . quia* LXX נפש *saepissisime verterunt ψυχὴν, nusquam autem in omni Pentateucho πνοὴν, quomodo hoc loco Oxon. Theophilus* [in Iustini Mart. Edit. Colon. pag. 90 extr.] *Anastasius Lib. VII in Hexaëm. minus recte habent.* Itane vero? imo rectius, rectissime. Lectionum genesis ac series haec est. Scripsit auctor Hebraicus

אשר בו נשמת חיים

quae phrasis anteponenda est Masorethicae lectioni aliquid peregrinum et *σολοικοφανὲς* prae se ferenti: nam si regnantem usum loquendi consideramus, non *in homine* est נפש חיה, nisi forte in muliere partui proxima, sed ipse homo est נפש חיה (*ein lebendiges Wesen*); utut minime negem, נפש absque additamento etiam de anima vel spiritu hominis frequenter dici, et passim alternari נפש et נשמה. At esto *ἑβραϊκώτατον*, quod nunc praebent Masoreth. et Samaritanus, LXX certe et Latini non hoc, sed illud expresserunt

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ πνοὴν ζωῆς

quod habet in se spiritum vitae

plane ut infra Cap. 2, 7. similiterque 6, 17. 7, 22. Nativum hunc textum primigeniae Κοινῆς Critici veteres s. Origenes s. alii ad sui aevi Hebraica conformare conati sunt in subsidium vocato Theodotione, et male correxerunt

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζωῆς

sed inchoarunt tantum eam correctionem, non perfecerunt, ita perficiendam illam ex Aquila aut Symmacho,

ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ ψυχὴν ζῶσαν

quod ipsum est in aliquot deterioris notae MSS. Graecis, adstipulante Hieronymo: *in quibus est anima vivens.* Textum Hebr. hodiernum ob oculos fuisse Aquilae, Symmacho, (Theodotioni?) Hieronymo, manifestum est, sed alius et melior fuit Alexandrini Interpretis. Non potest in hoc loco ut in aliis haud paucis alteruter textus emendari, nisi uterque emendetur, Hebraicus et Graecus.

Quod statim sequitur καὶ πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν, apud Aug. *et omne pabulum viride in escam,* id cum Hebraicis satis concordat praeter καὶ, quod licet *sensum turbans* (verba Grabii) et omissum Theophilo Antiocheno, Codices Graeci magno consensu tuentur, suffragantibus adeo aliquot MSS. Hebraicis. Maluit Hieronymus *ut habeant ad vescendum.* Latet hic ut suspicor gravius quoddam et omnibus testimoniis antiquius vitium in textu Hebraico, ac vehementer vereor, ut is qui proposuerit נָתַתִּי כֹל ירק עשב לְאכלָה, felicem medicinam fecerit. Mallem huic loco lucem petere ex Cap. 9, 3, sed vel sic nihil proficitur. Unum adhuc dignum observatu est, quod nullus Codex MS.

illis *καὶ πάντα χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν* aliquod verbum, puta *δέδωκα* vel simillimum addidit, quo sensum iuvaret. Meminerint huius abstinentiae ab omni supplemento, qui *additamentorum, quibus textus Graecus cum Hebraico comparatus abundat immensam molem* audaculis et sciolis librariis exprobrare haud contenti, audacter calumniantur, LXX Intt. ipsos non tantum singulas voculas, verum etiam integras sententias easque plurimas sacris textibus pro arbitratu attexuisse.

Capitis secundi prima varietas insignior est in verbis Καὶ *συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἕκτῃ τὰ ἔργα αὐτοῦ*, apud Latinos *Et consummavit deus in die sexto opera sua*, ubi Hebraeus *in die septimo*. Multa de his habentur apud Criticos et Commentatores nobis non repetenda *). Sanus est textus Graecus et manifestus eiusdem consensus cum Samaritano. Quaeritur, *sextumne* an *septimum* diem ipse auctor Hebraicus scripserit? Commendant Graecam lectionem loca parallela Ex. 20. 11. ubi Hebraeo consonans Graecus habet Ἐν *γὰρ ἓξ ἡμέραις ἐποίησε . . . καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ κτλ.* itemque 31, 17, quibuscum conferri possunt ib. 23, 12. 24, 16. (Ambiguus est locus Ex. 13, 6. ubi Graecus et Vet. Lat. Ἓξ *ἡμέρας ἔδεσθε ἄζυμα· τῇ δὲ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἑορτὴ κυρίου*, sed Hebr. cum Hieron. in Vulg. *Septem diebus vesceris azymis, et in die septimo erit solemnitas*

*) Locum vocat iam adeo a viris doctis excussum, ut mirandum sit, a docto et accurato Critico illum pro insigni Mutationis Vocum exemplo adduci, *Io. Buxtorfius* Anticrit. adv. *Lud. Cappelli* Criticam p. 539. Diem sextum a Graecis, eosque sequentibus Samaritanis, huic loco intrusum pronuntiat Seb. Ravius Exercitatt. ad Houb. p. 133. Cf. Gesenius De Pent. Samar. p. 50.

domini.) Commendat in praesenti loco sextum diem etiam Iosephus Antt. Iud. I, 1. τὸν κόσμον ἐν ἕξ ταῖς πάσαις ἡμέραις Μωυσῆς καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησὶ γενέσθαι, τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι κτλ. Quamobrem satis apertum est, Graeci lectionem haudquaquam esse deteriorem Masorethica, certe Editori τῆς Κοινῆς retinendam utpote multis et gravibus firmatam suffragiis, quae adeo non enervari posse uno alterove testimonio contrario Theophili Antiocheni (pag. 91 Edit. Colon.) Barnabae (Epist. Cap. 15) Athanasii (de quo videatur Cotelerius ad l. l. Barn.), existimavit Grabius, ut etiam in Hexaplari textu receptam servaverit.

Restat in tota hac pericopa unus locus, quem intactum relinquere non debeo. Dico commatis tertii, in quo Γένεσις Κόσμου finitur, verba extrema ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι, Latine *quae inchoavit deus facere*. Hic habemus nodum in scirpo, nam Hebraeus dixit

אשר ברא אלהים לעשות

h. e. *quod creavit deus ut faceret* ut exponit Hieron. vel *quod produxit deus faciendo*, ut fere Gesenius, vel si mavis, *quod elaboraverat faciendo*, similiterque alii *). Improbabat hanc interpretationem *R. Naphthali Abraham*, cuius mentionem ad Cap. 1, 8 inieci, proponebatque: *um zu wirken, dass sie wirken sollten*, h. e. *ad operandum, ut vim suam efficacitatemque exercerent.* Nos nunc alia acturi sensum in medio relinquimus, tametsi non poenitebit, ad constructionem recepti textus Hebr. interim contulisse formulas עמל לעשות,

*) *quod (opus) recens formaverat* Franc. Ios. Val. Dom. Maurer Commentar. Gramm. crit. in V. T. Lipsiae 1832.

הגדיל לאשות, שמר לעשות Eccl. 2, 11. IV Reg. 21. 8. Ioel 2, 20 et similes. Quod iam quaerimus hoc est, utrum Graecus liberius expresserit sensum Hebraicae locutionis, an aliam in suo Codice Hebraico lectionem invenerit? Vix dubito, quin plerique omnes harum rerum iudices responsum praesto habeant non aliud, quam quale dedit *Franc. Volkmar Reinhardus*, hunc locum acrius persecutus Opuscc. Academ. Tom. I. p. 50 sqq. Is merito reprehendit *Io. Davidem Michaelis*, quod ברא maluerit quam ברא, qua coniectura vix frigidior excogitari poterat: immerito castigat tam suis quam aliorum verbis inscitiam Graecitatis in *Io. Clerico* et aliis viris eruditis, quasi ignorassent *), quid sit *ἤρξατο κηρύσσειν, ἤρξατο λέγειν, ἤρξατο λυπεῖσθαι, ἤρξατο οἰκοδομεῖν κτλ.* tandemque confidenter pronuntiat: *Certum itaque est, Alexandrinos hoc loco aliam lectionem non esse secutos, quam nec alius interpres vetustus vidit, omnes enim cum libris Hebr. consentiunt.* Patrocinantur sane huic acerbae censurae Hebraicorum Codd. MSS. cohortes et impressorum legiones, sed nihilo minus mihi licebit illud negare ac pernegare. Probe sensit Io. Dav. Michaelis, hac ratione Graecum cum Hebraeo hodierno eoque ieiuno conciliari non posse, sed aliquid variae lectionis subesse, nec tamen ausus est proponere quod proponendum erat,

אשר הֵחֵל אלוהם לעשות

Id ipsum enim vix dubito quin LXX in Hebraico textu

*) Si audiamus *Io. Aug. Ernesti, ἤρξατο ποιῆσαι nihil aliud est quam ἐποίησε, et illud ἤρξατο centies sic redundat, ut apud Latinos* **coepit**. Aliter hac de re *Winerus* Grammatik des neutestam. Sprachidioms §. 54.

suo invenerint, consideratis locis parallelis Cap. 6, 1: *ἤρξαντο οἱ ἄνθρωποι πολλοὶ γίνεσθαι*, 10, 8: *ἤρξατο εἶναι γίγας ἐπὶ τῆς γῆς*, 11, 6: *ἤρξαντο ποιῆσαι*, 41, 54: *ἤρξατο . . ἔρχεσθαι*, it. Deut. 3, 24: *σὺ ἤρξω δεῖξαι . . . τὴν ἰσχύν σου κτλ.* IV Reg. 15, 37: *ἤρξατο κύριος ἐξαποστέλλειν* et sic porro. *) Argumentum meae sententiae tuendae non aliud habeo, quam quod multis videbitur levissimum, *consuetudinem Alexandrini interpretis satis constantem*, quae constantia si passim desideretur in locis intricatioribus aut male affectis, raro aut nunquam deficit in summa verborum Hebraicorum simplicitate aut perspicuitate. In legibus autem, quibus Versionum antiquarum usus tam criticus quam hermeneuticus adstringatur necesse est, principatum facile tenet ea, qua viri docti monuerunt: *non debere singula tantummodo translationum veterum loca temere decerpta cum textu sacro conferri, sed priusquam illas vel emendandis vel illustrandis librorum divinorum locis impeditioribus adhibeas, universum earum ingenium curatius examinandum esse ac diiudicandum, ut quam secuti fuerint auctores interpretandi rationem cognoscas penitusque perspicias* **). Verum quidem est, in Iudaica recensione Pentateuchi omnia oculis nostris subiici, ut nemo nisi luscus aut caecus aliquam voculam praetervidere possit: contra vero quid LXX in suo Codice Hebr. legerint nemini

*) Conspirare videtur Hebraismus in his formulis cum Graecitate et Latinitate, cuius rei causas hic non investigabimus. Placuit Koheleth *ἑλληνίζων* olim viro docto G. Zirkel, vix unquam alicui placebit Moses *ἑλληνίζων*.

**) Sic optime Winerus de Versionis Pentateuchi Samaritanae indole Lips. 1817, pag. 1 et 2.

nostrum viso, ab aversa tantum parte apparere minore evidentia. In omni Versione textus originalis potius transpicitur quam conspicitur: quod alter se cernere profitetur, id alter se cernere negat: alter haud dubie fallitur, sed neuter erroris convincitur. At non minus verum est, quod idem Reinhardus monet, *Versionem Alexandrinam, quum sit vetustissima, suo quodam iure postulare posse, ut inter reliquos testes prima sententiam rogetur: vehementer falli, qui eius lectionibus per omnes libros idem tribuant: quae e Pentateucho ducantur, universe spectatas, inprimis dignas esse, quarum habeatur ratio: de reliquorum librorum Versionibus varie iudicandum, quum et aetate et Interpretum sollertia magnopere differant.* Ita ille post alios plurimos, et si θεωρίαν spectamus, non adeo magnus est dissensus Ludov. Cappelli et Io. Buxtorfii, itemque Car. Franc. Houbigantii et Sebaldi Ravii *), quin aliquatenus ad concordiam revocari possint: simulatque ad πρᾶξιν ventum est, iidem illi in diverssimas partes abeunt. Mirumne, si ego quod omnibus probare cupio, paucissimis probavero?

Fuit hoc loco, ut rem repetam, textus primigenius
אשר החל אלהים לעשות
et verbum ברא in textu Masorethico est depravatio, quae non iniquae fortunae aut socordiae debetur, sed *certo consilio.* Haec legentes nonnulli, quos inauditae sententiae offendunt, graviter indignabuntur aut inanes nugas a me agi putabunt risu excipiendas. Hos rogo, ut libellum ponant, quoniam discedere non possum

*) Vide eius Exercitatt. philolog. ad Caroli Franc. Hubigantii Prolegg. pag. 220.

a tota pericopa hactenus disceptata, nisi maiorem in modum auctis illis nugis et penso quod in me susceperam absoluto.

Non memini nunc, an unquam a viro docto ad Gen. I, 1 sit quaestio commota huiusmodi: Qui fit, quod Aquila, Symmachus, Theodotio (adde si placet, Graecus ille novicius, cuius Versionem Pentateuchi ex Codice Veneto Bibliothecae S. Marci eruit Villoisonus, typis descriptam publicavit Christoph. Frid. Ammon, Erlangae 1790, III tomis), verbum ברא in Pentateucho constanter reddiderunt κτίζειν, non item LXX, nisi in uno loco Deut. 4, 32: ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἔκτισεν ὁ θεὸς ἄνθρωπον ἐπὶ τῆς γῆς, consentientibus Latinis? *) Qui fit, quod apud Latinos antiquissimos constanter et Graeco ποιεῖν congruenter *faciendi* verbum ponitur, non *creandi*, quippe quod Hieronymus demum scil. iuxta Hebraicam veritatem invexit? *Licuit variare LXX Interpretibus.* Ita est, nec desunt exempla, quibus adhibitis huic responso fidem facias. Mihi aliter videtur. Cur per undecim loca Gen., ubi iam est ברא (Cap. 1, 1. 21. 27 ter. 2, 3. 4. 5, 1. 2 bis. 6, 7.) in Graeco textu κτίζειν non compareat, causa aut omnino non quaerenda est, et nihil quaerentibus nemo respondere tenetur; aut in eo quaerenda, quod LXX in suo Codice Hebraico ברא per totam Genesin non invenerunt. Dixerit aliquis: concedamus tantisper mutationem consilio factam, quo tandem consilio factam docebis? Hic aqua mihi haeret et frustra circumspicio testimonia externa, quibus coniecturae aliquam probabilem speciem induam. Quid Phil. Melan-

*) Peculiaris ratio est loci Num. 16, 30. Locus Exod. 34, 10. nostrae coniecturae non obstat.

thonem adduxerit ut Confessionem Augustanam mutaret, satis exploratum est: sed quando, a quibus et quare sint factae mutationes in vetustis libris, nominatim in Pentateucho, id vix audacibus coniecturis assequimur. Est sane illa παραδιόρθωσις antiquior triumviris illis (τοῖς Γ' ut veteres Aquilam, Symmachum, Theodotionem per compendium notant), quos verbo κτίζειν usos esse compertum habemus, et si quid in tanta obscuritate coniicere licet, illi aevo attribuenda, quo Philosophia Graeca doctis Iudaeis innotuit suámque vim in eorum Theologemata exercere coepit. Fieri vix potuit, quin Iudaei quoque afficerentur gravibus illis et spinosis quaestionibus de mundi et omnium rerum mundanarum primordiis, quas a philosophis Graecis agitatas fuisse scimus. In vulgus notum est, si res ex vestigiis aestimetur paucis quidem illis sed satis certis et conspicuis, Iudaeos antiquos in dogmate de origine mundi non omnino consensisse: aliis placuisse creationem ἐξ οὐκ ὄντων II Macc. 7, 28: aliis ἐξ ἀμόρφου ὕλης Sapient. 11. 17. Fert igitur mea opinio, textum scriptoris Hebr. nativum in historia creationis tam ab initio quam deinceps verbum עשׂה habuisse summa φράσεων et ῥήσεων aequalitate ac simplicitate. Supervenit aliquis Διασκευαστὴς, cui nec ignotae nec improbatae disputationes *de aeternitate materiae*: is nutum dare voluit lectoribus mutando עשׂה utpote verbum generalius, quod in varias partes exponi et cum diversis philosophematis in aliquam concordiam revocari potest *),

*) Legat aut relegat, cui res tanti videtur, *Moshemium de Creatione ex nihilo* ad Rad. Cudworthi Systema intellect. pag. 958 (Edit. II. Tom. II, p. 288) §. II, ubi nonnihil de verbo ποιεῖν.

in בךא, quod significatum *creationis ex nihilo* vix ac ne vix quidem admittit. Fecit id aliquoties, quo tutius artificium lateret. Mera somnia haec multis videbuntur, sed si vel mihi vel aliis contigerit, manifestiora correctionum consulto factarum exempla ostendere, etiam invitis assensus extorquebitur. At de illis alio tempore: interim qui dubitant, recordentur quaeso Chronologiae in vitis Patriarcharum Gen. Cap. 5 et 11, quae alia est in Pentateucho Graeco, alia in Samaritano, alia in Masorethico.

Paradisus.

Quam viam novam in occultis artificiorum Iudaicorum vestigiis odorandis ingressus sum, eam persequar per Gen. Cap. II et III.

Consideremus Paradisum Masorethicum. *Quum Deus coelum et terram fecisset, nullus adhuc frutex erat in terra, nulla adhuc herba germinabat, non enim pluerat super terram Deus . . . sed Nebula ascendebat e terra et irrigabat omnem faciem terrae.* In his sane est, quod mireris. *Nebula* vel si mavis *Humor* aut *Vapor* *), isque vel crassissimus pondere suo ho-

---

E re nostra est excitatus ibi locus *Procopii Gazaei* Commentar. in Genesin. *Τὸ γὰρ ἐποίησεν, ἐπειδὴ λέγεται καὶ ἐπὶ τῶν ἐκ τινὸς γιγνομένων, οἷον ὅτι ἐκ σιδήρου δρέπανον ἤ τι τοιοῦτον ὁ τεχνίτης ἐποίησε, δέδωκε τισὶ λαβὴν τοῦ λέγειν, ὡς Μωσῆς ἐξ Αἰγυπτίων μαθὼν ἐξ ὕλης προκειμένης γεγονέναι τὸ πᾶν, εἰκότως εἶπεν ἐποίησεν. Ὧν ἀγνοοῦντες τὴν συκοφαντίαν οἱ ἑρμηνεύσαντες, ἐποίησεν εἶπαν.*

*) *Vapor* ille adeo displicuit *Saadiae*, ut negatione repetita expo-

mines bestiasque gravans, vel tenuissimus omnia nescio quibus aut qualibus implens odoribus, quam belle convenit Paradiso, in quo serenitas, in quo aër caligine purgatus et perspicue sincerus esse debuit? Quantum ab eo distant horti *Alcinoi*, non tantum vario genere pomorum instructi lectissimorum, ut est Od. VII, 120:

ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλή, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

sed et *Fontibus* ornati, ut est Od. VII, 129 sqq.:

ἐν δέ δύω κρῆναι, ἡ μέν τ' ἀνὰ κῆπον ἅπαντα
σκίδναται, ἡ δ' ἑτέρωθεν ὑπ' αὐλῆς οὐδὸν ἵησιν
πρὸς δόμον ὑψηλὸν, ὅθεν ὑδρεύοντο πολῖται.

Sicut Alcinoi hortis, ita et Cyclopum terrae non defuerunt sui Fontes, Od. IX, 140:

αὐτὰρ ἐπὶ κρατὸς λιμένος ῥέει ἀγλαὸν ὕδωρ,
κρήνη ὑπὸ σπείους κτλ.

adde Laestrigonum κρήνην καλλιρέεθρον Ἀρτακίην Od. X, 107. 108. item κρήνην, cui nomen *Arethusa* Od. XIII, 408, tum κρήνην τυκτήν, καλλίροον . . τὴν ποίησ' Ἴθακος ib. XVII, 205 sqq., nec non κρήνην μελάνυδρον XX, 154. 158, tandemque si placet locum Iliad. XXII, 147 sqq.

ἔνθα δὲ πηγαὶ
δοιαὶ ἀναΐσσουσι Σκαμάνδρου δινήεντος.

Num prisci Hebraei aquis fontanis tantum pretium non statuerunt, quantum casci illi Graeci Homerici? Nonne et Christianorum Paradisus suos Fontes habet, Apocal.

---

neret *Nec vapor ascendebat*, fuitque in eandem interpretationem propensus *Grotius*, observante Houbigantio ad Gen. 2, 6. Alii de *nube gloriae* cogitarunt, quae et ipsa ab hoc loco est alienissima.

7, 17: τὸ ἀρνίον ποιμανεῖ αὐτοὺς, καὶ ὁδηγήσει αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς (al. ζώσας) πηγὰς ὑδάτων, item 21, 6: Ἐγὼ τῷ διψῶντι δώσω ἐκ τῆς πηγῆς τοῦ ὕδατος τῆς ζωῆς δωρεάν — —?

Quodsi deinceps situm Paradisi cognoscere cupimus, impedite et perplexe respondet textus Masorethicus. *Fuit ille Hortus in Eden.* Ubi Eden quaeremus? et quota pars ille Hortus fuit Horti Edenensis? *Fuit ille* מִקֶּדֶם. Quid tandem hoc est? Num מקדם לגן עדן ut infra Cap. 3, 24 legitur? Denique *Fluvius* emittitur ex Hortô ad irrigandum Hortum? Quis est, qui haec dicat congrua et concinna? Non infitior, ista non adeo inter se pugnare, ut a Commentatoribus, quippe quibus in Codice Sacro nihil arduum est, in probabilem concordiam redigi nequeant (videantur Vaterus et Rosenmüllerus), nec immemor sum reverentiae, quae Libris SS. debetur, conditionumque aequissimarum, quibus agendum est cum scriptoribus tanto temporum et locorum intervallo distantibus, sed vix credere possum, ipsum auctorem Hebraicum, quisquis ille fuerit, tam impedite ac perplexe scripsisse, ut nunc est in textu Hebraico, Samaritano, partim et Graeco. Certe venia aliqua concedetur coniecturis.

Scripsit auctor Hebraicus commate 6, ut suspicor,

ועין (*) יעלה מן־הארץ

sed Fons ascendebat e terra et irrigabat superficiem agri. Deinde octavo commate

ויטע . . . . גן מקדם לעין

et plantavit Deus hortum ad orientem Fontis (östlich vom Quelle) denique decimo commate

---

*) Leviter obstat, quod עין non tantum *oculi* significatione sed et *fontis* est generis feminini, Iud. 15, 19 etc.

ונהר יצא מן־העין

et Fluvius exiit de Fonte ad irrigandum hortum cet.

Vident lectores, me ex coniectura substituisse עין h. e. *fontem*, ubi nunc in Hebr. et Samar. est *Ed*, *Eden*, *Eden*. Consideremus iam vetusta testimonia. Animadvertant lectores, in illa locorum triade ab initio mecum facere LXX, qui absque ulla lectionis varietate praebent: Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, Latini summo consensu, inclusa Vulgata: *Fons autem adscendebat de terra*, quae translatio ita obtinuit, ut in Ecclesia Romano-Catholica etiam pueri in ludis scholasticis eximium illud ornamentum Paradisi noverint *) et Protestantibus pariter atque Iudaeis Paradisum nebulosum, humidum, vaporibus obscurum minime invideant. In secundo et tertio loco contrarios habeo cum reliquos testes antiquos omnes, tum ipsos etiam LXX cum eorundem pedissequis Latinis. Nam vs. 8 legimus Καὶ ἐφύτευσεν ὁ Θεὸς παράδεισον ἐν Ἐδέμ (al. ἐν Ἐδέν), *Et plantavit Deus paradisum in Eden*: tum vs. 10: Ποτα-

---

*) *Eine reiche Quelle*, die sich in vier klare Ströme theilte, machte den Garten noch schöner und angenehmer. Sic in Bibl. Geschichte für Kinder. Monachii 1830. Auctor libri perhibetur *Christoph. Schmidt*, cui et alia scripta debentur in usum puerorum composita mirae simplicitatis, elegantiae et utilitatis. Dissensus Graeci et Hebraei non potuit latere veteres. Affert locum *Eusebii Emiseni* ex Catenis Montf. in Hexaplis huiusmodi: Ἑβραῖος δέ τις φησὶν ὅτι οὐ λέγει, πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, ἀλλά τι εἶδος ἀχλύος ἢ αἰθέρος συνεστῶτος παχυτάτου· [!!] οὗ τὴν ἀνάδοσιν ἀπὸ τῆς γῆς γίνεσθαι ἔφη, καὶ καλύπτειν τὸ πρόσωπον· εἴτε δὲ ἀπὸ τῆς νοτίδος φησὶν, εἴτε θεοῦ οἰκονομοῦντος ἐγίνετο, οὐκ ἔχω λέγειν. Aquila (καὶ ἐπιφλυγμὸς — alii ἐπιβλυσμὸς — ἀνέβη) quid legerit, incertum est. Silent Σ. Θ. At Νεφέλη δ' ἀναβαίνοι πρὸς τῆς γῆς, καὶ ἄρδοι ξύμπαν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς Graecus Venetus.

μὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδέμ, *Flumen autem exiit* [imo *exit*, vel ut Ambr. *procedit*] *de Eden.* Id ut unusquisque facile observat me non monente, ita aliud observare debebit a me admonitus. Verissimum est, LXX vocabulum עדן bis legisse et bis expressisse, sed non minus veri simillimum est, eos *bis tantum* legisse in Capp. II et III, *non amplius.* Nam paulo inferius vs. 15 Editio Romana *) omnino habet καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ τῆς τρυφῆς, sed omittunt τῆς τρυφῆς Codex Alexandr. (cui in hoc loco plane concordem fuisse credo Vaticanum licet silentem) et Coislinianus, uncialibus litteris scripti illi, itemque Codd. Holmesiani 68, 72, 120, 129, Aldina et PP. nonnulli. Latina Vetus: *Et posuit eum in Paradiso*, nihil amplius. Quare et Grabius verbis τῆς τρυφῆς a se aliunde receptis signum criticum praefixit, crucem obliquam h. e. Asteriscum imperfectum s. coniecturalem ad indicandum supplementum, quod ille ab Origene textui Graeco insertum fuisse iudicavit *non quidem Hexaplaplaris Editionis auctoritate, aut scriptoris cuiusdam testimonio* **), sed ex variis *indiciis* aliis etc., quorum quidem indiciorum in praesenti loco nullum ego invenire possum, nisi textus Masorethici et Hieronymi auctoritatem una cum duobus locis parallelis, de quibus iam sum dicturus. Nempe infra Cap. 3, 23 iterum exstat ἐκ τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς et mox versu extremo ἀπέναντι τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς: sed in his duobus locis nonnulli MSS. τῆς τρυφῆς plane

---

*) Non codex ille nobilissimus Vatic. 1209, Griesbachii B, quippe mutilus ab initio Gen. usque ad Cap. 47.

**) Ipsius verba Prolegg. ad Tom. I. Cap. II. §. 9.

omittunt, alii praepostere collocant exhibendo ἀπέναντι τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου. *Quae vero situ variant, haud raro aliunde adiecta sunt* *). Ut breviter dicam quod res est, vocabulum τῆς τρυφῆς est merum interpolamentum aliunde invectum, Aquilae potius quam τῇ Κοινῇ asserendum. Vox *Eden*, quam textus Masor. *quinquies* per hanc pericopam exhibet, *bis* tantum fuit in Codice Hebraico LXX Interpretum, apud quos ὁ παράδεισος simpliciter respondet simplici גן vel הגן ut Cap. 13, 10: ὁ παράδεισος τοῦ θεοῦ: in textu primigenio scriptoris Hebr. *Eden* omnino non fuit.

Quid ad enervandas has coniecturas dicturi sint Masorethici textus patroni, magnam partem praevideo. Quid attinet, inquis, *Edenis* nomen ambigua LXX Intt. auctoritate ex his duobus Capp. summoveri, si ex aliis locis V. T. eiici non potest? si in ipsa Genesi 4, 16 recurrit Ἐδέμ? si et prophetae illud nomen tuentur, Ioël 2, 3: ὡς παράδεισος τρυφῆς ἡ γῆ πρὸ προσώπου αὐτοῦ, it. Ez. 31, 9: ἐζήλωσαν αὐτὸν τὰ ξύλα τοῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς τοῦ θεοῦ, ib. vs. 16: πάντα τὰ ξύλα τῆς τρυφῆς, quibus addo Ies. 51, 3: ὡς παράδεισον, quibus in locis nomen *Eden* iterum iterumque comparet ac deleri non potest? Quid proderit ad LXX provocare invitis ac reclamantibus Hebraeorum MSS. omnibus, repugnante etiam Pentateucho Samaritano? Quid porro absurdi est in illo nomine? quasi vero aptius et accommodatius, elegantius, dulcius, magnificentius inveniri potuisset! Quibus tandem de causis veterum Iudaeorum Litteratores id ausi sunt,

---

*) Sic passim *H. Grotius*, *Io. Alb. Bengelius* ad N. T. Cf. *Gersdorf* Sprach-Characteristik p. 151 ima.

si tantisper concedatur, eos deliberato consilio textus sacros correxisse, id vero est corrupisse?

His argumentis contrariis aliquantum ponderis inesse minime nego, praesertim illis, quae sunt ex locis Prophetarum petita, sed hos ad Genesin respexisse, vel adeo librum Geneseos ob oculos habuisse, nondum evidenter demonstratum est. MSS. Hebr. quotquot inventi et collati sunt, longo intervallo distant ab aevo Ptolemaeorum, et corruptelae, quas textus Hebr. inde ab Origenis et Hieronymi aevo expertus est, leves haberi possunt prae superioribus ante Origenis tempora illatis. Quae sit necessitudo inter Samaritanum Pentateuchum et Graecum, tum demum luculentius apparebit, quum Graecus ab omni parte excussus et explanatus fuerit. Causas, quibus adducti Iudaeorum Litteratores tantum sibi indulserint ego ignoro. Num illi cavere voluerunt, ne quis Paradisi situm ad fontem Euphratis quaesitum iret *)? Num ob geographicas rationes illi textum correxerunt, quo scriptoris antiqui errores quidam in situ magnorum amnium admissi quasi obducto-velo tegerentur? Sed magnus hic novis coniecturis campus aperitur, in quo exercere se poterunt, qui conatibus meis aliquid tribuunt: reliqui qui ista vilipendunt, tuto acquiescent in textu Masorethico, ubi non obliquis testimoniis et vanis coniecturis agitur, sed oculis contrectabili litterarum fide atque evidentia.

Non excutiam nunc singillatim alias discrepantias Graeci et Hebr. textus per Capp. II, III, usque ad

*) Videat *Car. Aug. Credner*, Prof. Giessens., an Fonte uti possit in exornanda Paradisi delineatione lithographica, quam dedit in *Illgenii* Zeitschrift für die histor. Theologie Tom. VI, I. Lips. 1836.

iacturam Paradisi. Sed missam facere omnem hanc opellam prius non debeo, quam de nominibus divinis *Iehova* et *Elohim* nonnihil adiecero, ac de dissensu utriusque textus iudicium meum qualecunque brevibus exposuero. Satis enim notum est, quantum a viris doctis praesertim inde a superiori saeculo medio usque ad novissima tempora tribuatur his nominibus divinis in aestimanda compositione Pentateuchi. *)

Ordiar ab Hebraeo. Legitur per pericopam de Paradiso יהוה אלהים *vicies*, id vero est, summa constantia, exceptis tribus locis Cap. 3, 1, ubi serpens et Eva simplici *Elohim* utuntur, quoniam, ut Vaterus suspicatur, scriptor cavere volebat sanctissimi nominis profanationem, id quod intactum relinquimus. Praeterea vero, ut Vaterus monet Commentarii p. 16 extr. ista compositio vel appositio per Pentateuchum non amplius deprehenditur nisi Ex. 9, 30 [ubi LXX *Elohim* non expresserunt], per alios quoque libros rarior **). Quodsi ista compositio revera ab ipso auctore Hebraico profecta est, nihil impedit, quo minus eo tamquam palmario criterio utamur ad investigandas origines iudicandamque indolem *variarum partium*, ex quibus liber contextus est. At quanto manifestior et Critico acceptior est illa constantia in viginti locis apud Hebraeum,

*) *Astruc*, *Eichhorn*, *Ilgen*, *Vater*, *Ewald*, alii, de quibus mihi nominandus est *C. P. W. Gramberg*, iam his litteris morte praematura ereptus. Scripsit *Libri Geneseos secundum fontes rite dignoscendos adumbrationem novam*. Lipsiae 1828 Adde *Petri a Bohlen*: Die Genesis historisch-kritisch erläutert. Regiom. 1835. Nuperrime haec obiter tetigit *Frid. Bleek*: De libri Genes. orig. atque indole hist. observatt. quaedam contra Bohlenium. Bonnae 1836.

**) Cf. Gesenii Lex. Man. pag. 409.

tanto insolentior et Critico molestior est Graecarum membranarum diversitas. Nam Graeci per ea viginti loca incipiunt a simplici ὁ Θεός, deinde paulatim transeunt ad duplex nomen κύριος ὁ Θεός, tum denuo aliquoties utuntur simplici Θεός, tandemque finiunt in κύριος ὁ Θεός. Latini primum simpliciter *Deus* aliquoties, tum vero *Dominus Deus*. Asterisci autem, hoc est notae Graeci textus ex Hexaplis suppleti, non apud Grabium tantum conspiciuntur tam pleni, quam vacui, sed in MSS. quoque Holmesianis reperiuntur satis multi. Magis etiam offendit, quod Graeci MSS. et Editi haud pauci ad reparandum quasi damnum et compensandam iacturam in proximo Cap. quarto utrumque nomen κύριος ὁ Θεὸς aliquoties posuerunt, itemque Cap. 6. et 7. invito et repugnante textu Masorethico: estque omnino tanta in MSS. Graecis varietas, ut haec omnia feliciter expedituro et ex fumo lucem daturo gratia in antecessum debeatur. Itaque restitutionem τῆς Κοινῆς in his nominibus divinis ego desperavi, sed ipsos LXX in suo libro originali illud *Iehova Elohim* legisse adeoque *vicies* legisse, nullis conditionibus adduci possum, ut mihi persuadeam. Viderint sagaciores, an in hodierno textu alterutrum nomen divinum sit merum glossema, quo Hebraicus quidam Διασκευαστὴς transitum sibi pararet ad frequentiorem usum nominis tetragrammati: viderint iidem, an omnis illa compositio *Iehova Elohim* sit alienior a castioris Hebraismi legibus subtilioribus. Tantum.

II.

Recensus Codicum Holmesianorum

ad Genesin pertinentium.

I. *Codices uncialibus litteris scripti.*

I. Cottonianus, (Tetraplaris?) saec. IV aut V. Maxima eius pars incendio deflagravit 1723. Collationem instituerat Grabius circ. 1703.

II. Vaticanus (Griesbachii B) mutilus ab initio usque ad πόλιν Gen. 46, 28.

III. Alexandrinus (Griesb. A) quem Grabius edidit.

IV. Sarravianus, nunc Lugd. Bat. Hexaplaris est.

V. Colbertinus. (Sunt avulsa folia praecedentis Sarraviani).

VI. Caesareus Vindob. (Griesb. N) saec. V aut VI.

VII. Ambrosianus.

X. Coislinianus saec. VI aut VII. Hexaplaris est.

XI. Basiliano-Vaticanus saec. fere IX, ab initio et fine mutilus. (Nota, Cottonianum, Caesar. et Ambrosianum esse lacunosos.)

II. *Codices litteris minoribus exarati.*

14. Vatic. olim (et nunc?) Heidelbergensis, saec. fere X.

15. Coislinianus saec. fere IX aut X.

17. Moscuensis continens Genesin, saec. fere X.

18. Fesulanus saec. fere X.

19. Chigianus saec. fere X, saepe consentiens cum Complut.

20. Dorothei, cont. Genesin, saec. fere IX. Specimen dedit Matthaei ad Evang. Marci.

25. Monachiensis, saec. fere X.

28. Vaticanus saec. fere XI.
29. Venetus saec. fere XI. Incipit Gen. 48, 13.
30. Casanatensis (i. e. bibliothecae Casanat. Romae) saec. fere XI.
31. Caesareus Vindob., cont. Genesin cum Catena, saec. fere XIV.
32. Eugenii (olim Archiep. Slabinii et Chersonis) saec. fere XII.
37. Moscuensis, saec. XII.
38. Escurialensis, saec. XIII, cont. Octateuchum cum duob. ll. Samuelis.
44. Zittaviensis.
45. Escurialensis saec. fere XI.
46. Coislinianus saec. fere XII.
47. Bodleianus saec. fere XIII.
52. Liguriensis saec. X cum amplissima Catena.
53. Parisinus saec. fere XV.
54. it. Paris. saec. fere XIV.
55. Vaticanus (olim Christinae Suec. reginae) saec. fere XII.
56. Paris. saec. fere XII.
57. Vaticanus, item saec. XII.
58. Item, saec. XIII. (olim Christinae reg.)
59. Glasguensis saec. fere XII.
61. Bodleianus it. XII.
64. Paris. saec. X. aut XI.
68. Venetus.
71. Paris. saec. fere XIII.
72. Venetus it. XIII.
73. Vaticanus it. XIII.
74. Marcianus saec. fere XIV.
75. *Oxoniensis* (maxime memorabilis omnium) scr. saec. XII, (*ab optimo archetypo sed ut puto ad vocem dictantis*, ut loquitur Rob. Holmes.)
76. Paris. saec. fere XII.
77. 78. 79. Vaticani, simillimae indolis, saec. fere XIII.
82. Coislin. it. XIII.
83. Evorensis, qui maiorem in modum consentit cum Aldina.
84. 85. Vaticani, saec. fere XI.

105. Burneyanus. Fragm. est saec. fere XIII aut XIV.
106. Ferrariensis, saec. it. XIV.
107. Ferrar. anni 1334. (In utroque Ferrar. sunt picturae, praegrandes litterae, aliaequae res festivae.)
108. Vatican. saec. fere XIV.
118. Paris. saec. fere XIII.
120. 121. 122. Veneti saec. fere XI aut XII.
125. 126. Moscuenses saec. fere XV. Item 127 Mosc. saec. fere IX.
128. 129. Vaticani saec. fere XIII.
130. 131. Caesarei Vindob. saec. fere X.
132. Bodleianus, rescriptus, saec. fere XI aut XII.
133. Excerpta Codicum variorum ab Is. Vossio.
134. Medicaeus saec. fere X.
135. Basileensis, cont. Gen. et partem Exodi, cum Catena.
136. Bodleianus saec. XI. Continet excerpta e libris Pentateuchi, male digesta.

III.

Specimen

textus Graeci ad optimos MSS., praesertim Oxoniensem (Holmesii 75), et primarias Editiones castigati.

ΓΕΝΕΣΙΣ ΚΟΣΜΟΥ. Κεφ. Α΄.

1 Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.
2 Ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος, καὶ σκότος a)
ἐπάνω τῆς ἀβύσσου· καὶ πνεῦμα θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ
3 ὕδατος. Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω φῶς· καὶ ἐγένετο φῶς.
4 Καὶ εἶδεν b) ὁ θεὸς τὸ φῶς ὅτι καλόν· καὶ διεχώρισεν ὁ
5 θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους. Καὶ
ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.
Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.
6 Καὶ εἶπεν ὁ θεός· γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ
ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος·
7 καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα, καὶ
διεχώρισεν ὁ θεὸς ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος, ὃ ἦν ὑποκάτω c)
τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ
8 στερεώματος. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν·
καὶ εἶδεν ὁ θεὸς ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγέ-
νετο πρωΐ, ἡμέρα δευτέρα.

---

a) σκότος) σκοτος ην Oxon. solus. *tenebrae erant* Latini. Mox vs. 2 extr. ἐπάνω τῶν ὑδάτων Iustinus Mart. bis pag. 92 et 97 Edit. Colon. (Francofurtanae) 1686. Latini alii *super aquas*, alii *super aquam*.

b) εἶδεν) ιδεν Alex. et alii MSS. charactere maiusculo. Sic et alibi. Observetur porro verborum ordo h. l. ut Cap. 49, 15.

c) ὃ ἦν ὑποκ.) του υποκατω Oxon. solus.

Textus Hebraicus

qualis fere fuit tempore Interpretis Alexandrini.

Caput I.

1 *) בראשית עשה אלהים את השמים ואת הארץ:

2 — — — — — — — — —

3 — — — — — — — — —

4 — — — — — — — — —

5 — — — — — — — — —

6 — — — — — — — — —

7 — — — בין מים למים ויהי כן: ויעש אלהים את־הרקיע
ויבדל אלהים בין המים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל
לרקיע:

8 ויקרא אלהים לרקיע שמים וירא אלהים כי טוב — — — — — :

---

*) Quod *I. H. Michaelis* in Bibliis Hebr. 1720 habet his verbis: אלהים ברא בראשית *sic mutato ordine descripserunt LXXII pro Ptolemaeo, ad vitandam haeresin; ut tradunt in Megillah . . Ialkut* cet., id quale sit et quomodo accipiendum sit, nescio: hoc unum certo scio, apud testes Graecos et Latinos, quotquot expiscari potui, ne umbram quidem Variae Lectionis ad versum primum apparere.

9 Καὶ εἶπεν ὁ ϑεός· συναχϑήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ
οὐρανοῦ εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφϑήτω ἡ ξηρά· καὶ ἐγέ-
νετο οὕτως· καὶ συνήχϑη τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρα-
10 νοῦ εἰς τὰς συναγωγὰς αὐτῶν d), καὶ ὤφϑη ἡ ξηρά. Καὶ
ἐκάλεσεν ὁ ϑεὸς τὴν ξηράν, γῆν, καὶ τὰ συστήματα τῶν
11 ὑδάτων ἐκάλεσε ϑαλάσσας· καὶ εἶδεν ὁ ϑεὸς ὅτι καλόν. Καὶ
εἶπεν ὁ ϑεός· βλαστησάτω ἡ γῆ βοτάνην χόρτου, σπεῖρον
σπέρμα κατὰ γένος, [καὶ καϑ᾽ ὁμοιότητα,] καὶ ξύλον κάρπι-
μον ποιοῦν καρπόν, οὗ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ
12 γένος ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐξήνεγκεν ἡ γῆ
βοτάνην χόρτου, σπεῖρον σπέρμα κατὰ γένος, [καὶ καϑ᾽ ὁμοιό-
τητα,] καὶ ξύλον κάρπιμον ποιοῦν καρπόν, οὗ τὸ σπέρμα
αὐτοῦ ἐν αὐτῷ κατὰ γένος ἐπὶ τῆς γῆς· καὶ εἶδεν ὁ ϑεὸς
13 ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα
τρίτη.

14 15 Καὶ εἶπεν ὁ ϑεός· γενηϑήτωσαν φωστῆρες ἐν τῷ στερεώ-
ματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἄρχειν τῆς
ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός, καὶ διαχωρίζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φω-
τὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους· καὶ ἔστωσαν εἰς σημεῖα, καὶ
εἰς καιρούς, καὶ εἰς ἡμέρας, καὶ εἰς ἐνιαυτούς· [καὶ ἔστω-
σαν εἰς φαῦσιν ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν
16 ἐπὶ τῆς γῆς· e)] καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ ϑεὸς
τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους· τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν
εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρ-
17 χὰς τῆς νυκτός, καὶ τοὺς ἀστέρας. Καὶ ἔϑετο αὐτοὺς ὁ
ϑεὸς ἐν τῷ στερεώματι τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε φαίνειν ἐπὶ τῆς
18 γῆς, Καὶ ἄρχειν τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτός, καὶ διαχωρί-

d) εἰς τὰς συναγ. αὐτῶν) εἰς τὰς συν. αὐτοῦ Complut. Sic MSS. 20, 82, 108, quorum postremus Editoribus Hispanis videtur ob oculos fuisse. Latini *in congregationem unam*, quod mallem, si Graeci testes faverent. In Oxon. omittuntur quae sunt interiecta inter ξηρά et ξηρά simul cum altero ξηρά, hinc ille h. l. nihil testatur.

e) Vix dubitari potest quin quae uncis inclusi reproba sint. Unus Augustinus ea semel omisit De Civit. Dei Lib. II. Non desiderabunt has lacinias, qui proxime antecedentia et subsequentia, satis ea firmata bonis testimoniis, diligenter consideraverint.

9 ויאמר אלהים יקוו המים מתחת השמים אל־מקוה אחד ותראה
היבשה ויהי כן ויקוו המים מתחת השמים אל־מ α . . . . . .
ותראה היבשה:

10 — — — — — — — — —

11 — — — : ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע
למינהו ועץ β פרי עשה פרי אשר זרעו־בו למינהו על־הארץ
12 ויהי כן: ותוצא γ הארץ דשא עשב מזריע זרע למינהו ועץ פרי
13 עשה פרי אשר זרעו־בו למינהו על־הארץ וירא אלהים כי טוב:
— — — — — — — — —

15 14 ויאמר אלהים יהי מארת ברקיע השמים להאיר על־הארץ δ
ולמשל ביום ובלילה ולהבדיל בין האור ובין החשך והיו לאתת
16 ולמועדים ולימים ולשנים ויהי כן: — — — — — — —
— — — — — — — — —

17 — — — — — — — — —

18 — — — — — — — — —

α. Incertum, quoniam ipsa lectio Graeca incerta est.

β. ועץ) Sic, cum copula quae commode abesse non potest, Samarit. et unus alterve Cod. Kennicotti, probante Houbigantio, dubitante Seb. Ravio, Exercitatt. pag. 99.

γ. ותוצא) Sic Graecus, Samar. Masor. ותדשא coniectura.

δ. להאיר על־הארץ) Sic Samarit. et unus Cod. De-Rossi.

ζειν ἀνὰ μέσον τοῦ φωτὸς καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σκότους· καὶ
19 εἶδεν ὁ θεός ὅτι καλόν. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο
πρωΐ, ἡμέρα τετάρτη.
20 Καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἐξαγαγέτω τὰ ὕδατα ἑρπετὰ ψυχῶν
ζωσῶν, καὶ πετεινὰ πετόμενα ἐπὶ τῆς γῆς κατὰ τὸ στερέωμα
21 τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἐγένετο οὕτως· Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ
κήτη τὰ μεγάλα, καὶ πᾶσαν ψυχὴν ζώων ἑρπετῶν, ἃ ἐξή-
γαγε τὰ ὕδατα f) κατὰ γένη g) αὐτῶν, καὶ πᾶν πετεινὸν πτε-
22 ρωτὸν κατὰ γένος· καὶ εἶδεν ὁ θεός ὅτι καλά h). Καὶ εὐλό-
γησεν i) αὐτὰ ὁ θεός, λέγων· αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε,
καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις· καὶ τὰ πετεινὰ
23 πληθυνέσθωσαν k) ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ
ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα πέμπτη.
24 Καὶ εἶπεν ὁ θεός· ἐξαγαγέτω ἡ γῆ ψυχὴν ζῶσαν κατὰ
γένος· [τετράποδα καὶ ἑρπετὰ καὶ] θηρία τῆς γῆς κατὰ γέ-
νος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς
25 κατὰ γένος αὐτῶν l)· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ ἐποίησεν ὁ
θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ κτήνη κατὰ γένος,
καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν l)· καὶ εἶδεν
ὁ θεὸς ὅτι καλά.
26 Καὶ εἶπεν ὁ θεός· ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμε-
τέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν m)· καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς
θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν,
καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων
27 ἐπὶ τῆς γῆς n). Καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον o)· κατ'
εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν· ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς.

---

f) τὰ ὕδατα) + εν ταις θαλασσαις Ox. solus

g) γένη) Alii γένος. Sic Latini.

h) καλά) καλον Ox. 129 καλ . . reliquo exciso, Alexandr. Grabius dedit καλά.

i) εὐλόγ) ηυλογ. Alex. alii, ut alibi.

k) πληθυνεσθω habent XIX MSS. (non Alex. Ox.)

l) αὐτῶν non satis tutum utrobique.

m) καὶ καθ' ὁμοίωσιν) Haec a nullo teste omissa video, sed ἡμετέραν aliquot Graeci et Latini postponunt, non praemittunt.

n) ἐπὶ τῆς γῆς) + και εγενετο ουτως Ox. isque solus.

o) τὸν ἄνθρ.) addi vult κατ' εικονα αὐτοῦ Rob. Holmes ex coniectura non prorsus improbabili, sed tacentibus testibus omnibus.

19 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —

20 — — — — — — — — וידי כן׃

21 ויעש אלהים את־התנינים הגדלים — — — —
— — — — — — — — —

22 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —

23 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —

24 ויאמר אלהים תוצא הארץ נפש חיה למינה חית הארץ למינה
ובהמה למינה וכל־רמש האדמה למונהו וידי כן׃

25 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —

26 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —

27 ויעש אלהים את־האדם . . . . בצלם אלהים עשה אתו זכה
ונקבה עשה אתם׃

28 Καὶ εὐλόγησεν αὐτοὺς ὁ θεός, λέγων· αὐξάνεσθε καὶ πλη-
θύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὴν γῆν, καὶ κατακυριεύσατε αὐτῆς,
καὶ ἄρχετε τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ
οὐρανοῦ, καὶ πάντων τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ
29 πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς p). Καὶ
εἶπεν ὁ θεός· ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον σπόριμον;
σπεῖρον σπέρμα, ὅ ἐστιν ἐπάνω πάσης τῆς γῆς, καὶ πᾶν
ξύλον, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ q) καρπὸν σπέρματος σπορίμου· ὑμῖν
30 ἔσται εἰς βρῶσιν, Καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τῆς γῆς, καὶ πᾶσι
τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ r), καὶ παντὶ ἑρπετῷ τῷ ἕρποντι
ἐπὶ τῆς γῆς, ὃ ἔχει ἐν ἑαυτῷ s) πνοὴν t) ζωῆς, καὶ πάντα
31 χόρτον χλωρὸν εἰς βρῶσιν· καὶ ἐγένετο οὕτως. Καὶ εἶδεν ὁ
θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. Καὶ ἐγέ-
νετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα ἕκτη.

Cap. II. 1 Καὶ συνετελέσθησαν ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ καὶ πᾶς ὁ κόσ-
2 μος αὐτῶν. Καὶ συνετέλεσεν ὁ θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ
τὰ ἔργα αὐτοῦ, ἃ ἐποίησε· καὶ κατέπαυσε τῇ ἡμέρᾳ u) τῇ
3 ἑβδόμῃ ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Καὶ
εὐλόγησεν ὁ θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν
αὐτήν· ὅτι ἐν αὐτῇ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων
αὐτοῦ, ὧν ἤρξατο ὁ θεὸς ποιῆσαι. x)

4 Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς, ὅτε ἐγένετο,
ᾗ ἡμέρᾳ y) ἐποίησε ὁ θεὸς z) τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν,

p) Tutus est textus Graecus per totum vs. 28, exacte respondentibus Latinis. Hebraicus aliquot vocum iacturam fecit.

q) ἐν ἑαυτῷ) εν αυτω VI MSS.

r) καὶ πᾶσι τοῖς πετ. τοῦ οὐρ.) = Ox.

s) ἐν ἑαυτῳ) εν αυτω Coisl. 82, 106. Theoph. Ant.

t) πνοὴν) Sic Ox. solus, sic Theoph. et Latini.

u) τῇ ἡμ.) praem. εν XVIII MSS. et Compl. Alii sed pauciores ὁ θεος, alii praem. ὁ θεος εν, Lat. *deus in*.

x) ποιῆσαι) ποιειν 19, 20, 108, Cpl. (non Alex. nec Oxon. in quo post ποιῆσαι est spatium unius lineae vacuum.)

y) ᾗ ἡμ) Alii ἡ ἡμέρα, al. η ημερα η. Sed cf. Cap. 3, 5. 5, 1. 2. Aug. alicubi *cum factus est dies, fecit* cet., sed idem alibi *cum factus esset dies quo fecit* cet. (Ceterum nullus MS. ἐγένοντο, quod miror.)

z) ὁ θεός) praem. κυριος Alex. (non Ox.) et XXIV alii MSS. (non Lat. Vet.).

28 ויברך אתם אלהים לאמר פרו ורבו ומלאו את־הארץ וכבשוה
והדו בדגת הים ובעוף חשמים ובכל־הבהמה ובכל־הארץ ובכל־
29 הרמש הרמש על־הארץ: ויאמר אלהים הנה נתתי לכם את־כל־עשב
זרע זרע זרע[ε] אשר על־פני כל־הארץ ואת־כל־העץ אשר־בו
30 פרי זרע זרע לכם יהיה לאכלה: ולכל־חית הארץ ולכל־עוף
השמים ולכל־רמש הרמש על־הארץ אשה־בו נשמת חיים
31 . . . . . ואת כל־ירק עשב לאכלה ויהי כן: — — — —
— — — — — — — — —

Cap. II.
1 — — — — — — — — —
2 — — — — — ויכל אלהים ביום הששי מלאכתו
— — — — — — — — —
3 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — אשה החל אלהים לעשות:

4 [ζ] זה ספה תולדות השמים והארץ [η] בהולדם ביום עשות אלהים

ε. Ad ter repetitum זרע cf. Lev. 11, 37.

ζ. Plane ut infra Cap. 5, 1.

η. Satis Graeco *ἐγένετο* (mallem *ἐγένοντο*) respondet בְּהִוָּלְדָם et est loco aptissimum. Cf. Ps. 90. 2. Iob. 38, 28.

5 *Καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ
πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι· οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ
θεὸς* a) *ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν*
6 *γῆν. Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ*
7 *πρόσωπον τῆς γῆς. Καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς* b) *τὸν ἄνθρωπον,
χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς* c)· *καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ*
8 *πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Καὶ
ἐφύτευσεν ὁ θεὸς* d) *παράδεισον ἐν Ἐδὲμ* e) *κατὰ ἀνατολάς,*
9 *καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε. Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ
θεὸς* f) *ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ κα-
λὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παρα-
δείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονη-*
10 *ροῦ* g). *Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδέμ* h), *ποτίζειν τὸν παρά-*

---

a) *ὁ θεὸς*) praem. *κυριος* pars MSS., alii in margine, alii praefixo Asterisco (non Alex. Ox. Lat.).

b) *ὁ θεός*) praem. *κυριος* pars MSS. fere ut antehac (non Alex. Ox Lat.).

c) *ἀπὸ τῆς γῆς*) + *λαβων* unus et alter MS., item Iustin. pag. 29. Praem. *λαβων* XVIII MSS. in quibus Ox. item Compl. Ald. (non vet. Lat.).

d) *ὁ θεὸς*) praem. *κυριος* XVIII fere MSS., in his Alex. Auctore Anastasio, qui *τὰ Ἑξαπλᾶ στιχθέντα* commemorat, Origenes illud *κύριος* sub Asterisco *τοῖς Ο'* intulit. Recepta est apud Ox. Ald. Lat.

e) *Ἐδὲμ*) Compl. *Ἐδέν*, ut Latini, quod et Grabio placuit. Nondum in exploratis habeo, sitne haec unius litterae mutatio tribuenda pronuntiandi an scribendi negligentiae, ipsisne LXX, an librariis, sed ad posterius inclino. Cf. *Καιναμ* et *Καιναν* Cap. 10, 24 *Χεβρωμ* et *Χεβρων* 13, 18. Adde *Εσρωμ*, *Εγλωμ*, *Μαδιαμ* cet. Vide mox nomina fluviorum.

f) *ὁ θεὸς* Nullus MS. Graec. praem. *κύριος*, et Latini quoque cum recepta consentiunt, praeter Hieron. in Vulg. quae nihil ad *τὴν Κοινήν*.

g) *τὸ ξύλ. τοῦ εἰδ . . .*) In his mecum haereat aliquis scrupulosior, consideratis locis parallelis vs. 17. Cap. 3, 22. Sed est Graecorum summus consensus. Vet. Lat. *lignum scientiae dignoscendi bonum et malum.* Alii Codd. Latini, Augustino teste, habebant *lignum sciendi bonum et malum,* alii *lignum scientiae (sciendi) boni et mali* cet. *Graecus habet*, inquit Augustinus, *lignum ad sciendum cognoscibile boni et mali* cet.

h) *Ἐδέμ*) *Ἐδέν* Compl. Grab. Latini, non MS. Graecus ullus.

5 שמים וארץ: וכל שיח ϑ השדה — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
6 ועין יעלה מן־הארץ — — — — — —
7 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
8 ויטע אלהים גן־בעדן מקדם ι — — — — —
— — — — — — — — —
9 ויצמח אלהים עוד מן־האדמה — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —

10 ונהר יצא מעדן κ להשקות את־הגן ומשם יפרד λ לארבעה ראשים:

ϑ. Retinui שיח quamquam proprie respondet ירק, quoniam tanta non est constantia LXX, ut in eiusmodi locis in alterutram partem pronuntiari possit.

ι. גן־בעדן מקדם) Sic LXX. גן מקדם לעין coniectura.

κ. מעדן) Sic LXX. מן־העין coniect.

λ. Non expressum a LXX והיה quod est in Samar. et Masor. et ne lectum quidem opinor. Sic infra שָׁם vs. 14 non translatum est a Graeco. Uterque textus bonus. In eiusmodi ἀδιαφόροις raro cum aliqua probabilitate pronuntiari potest, quid ipsa ipsius auctoris Hebraici manus scripserit. Solet ac debet in rebus mediis aut levibus is testis praeferri, qui in gravioribus repertus est veracior.

11 δεισον· ἐκεῖθὲν i) ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς. Ὄνομα
τῷ ἑνὶ Φισὼν k)· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλὰτ l),
12 ἐκεῖ οὗ ἐστι τὸ χρυσίον. Τὸ δε χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης
13 καλόν· καὶ ἐκεῖ ἐστιν ὁ ἄνθραξ καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος. Καὶ
ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ, Γεὼν m). οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶ-
14 σαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. Καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος, Τίγρις·
οὗτος ὁ πορευόμενος n) κατέναντι Ἀσσυρίων. Ὁ δὲ ποταμὸς
15 ὁ τέταρτος, Εὐφράτης o). Καὶ ἔλαβε κύριος p) ὁ θεὸς τὸν
ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε q), καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ
16 [τῆς τρυφῆς r)], ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν. Καὶ
ἐνετείλατο κύριος ὁ θεὸς s) τῷ Ἀδάμ, λέγων· ἀπὸ παντὸς

---

i) *ἐκεῖθεν . .*) *et inde divisum est in quatuor partes* Vet. Lat. apud Aug. sed alibi *dividitur hic fons in quatuor initia*, alibi *in quatuor flumina*, Ambros. Copula desideratur in libris Graecis.

k) *Φεισων* Alex. et XIV alii MSS.

l) *Ευειλατ* Alex. et III alii. *Evilath* Latini. Sed infra Cap. 10, 7. 29. haud spernendi testes *Ευιλα*, *Ευειλα* absque littera dentali, quae nescio an debeatur oris clausurae.

m) *Γηων* Alex. VI alii. *Γαιων* VII. Cdd. *Γεω ν* (sic cum spatio unius litterae vacuo) Ox. *Geon* Latini.

n) *ὁ πορευόμ.*) Sic Alex. Ox. XXIII alii MSS., Compl. quos secutus sum. In Sixtina est *ὁ προπορευόμενος.* Mox *Ασσυριας* unus 128.

o) *Εὐφρ.*) praem. *ουτος* XXVI MSS., in his Alex. Ox. it. Compl. (non Latini) et credibile est, *οὗτος* scriptum a LXX. Nullus *ἐστὶν* praemittit, quod mallem.

p) *κύριος*) = 37 Cod. Moscuensis saec. XII., itemque Ambros. Sed August. diserte monet, hunc locum *ab ipso divini libri exordio* esse primum, qui non habeat *Deus*, sed *Dominus Deus*.

q) *ἔπλασε*) *εποιησε* Ox. Coisl. 55, 127, 128. *fecit*, *fecerat*, sed alibi *finxit* Aug. Favent receptae vs. 7. 8.

r) *τῆς τρυφῆς*) = Alex. Coisl. 68, 72, 120, 129, Ald. Philo, Theophilus Antiochenus, Latini, (nam quod Hieron. Quaest. Hebr. *τοῖς O'* tribuit *in paradiso voluptatis*, id de Hexaplari textu accipiendum est, ut multa alia ab eodem dicta de iisdem.) Recepit Grabius *τῆς τρυφῆς* praefixo Asterisco nudo sive coniecturali, sed invito MS. suo Alexandrino.

s) *κύρ. ὁ θεός*) Ita et Latini.

11 — — — — — — — — —

12 — — — — — — — — —

13 — — — — — — — — —

14 והנהר השלישי — — — — — — — —

15 — — את־האדם אשר יצר μ וינחהו בגן לעבדה ולשמרה:

16 — — — — — — — — —

μ) אשר יצר) Haec absunt a textu Masor. et Samaritano, sed fuerunt in libro vel libris Hebraicis LXX Intt. qui talia non addunt pro lubitu.

17 ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ. Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύ-
λου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ·
ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε t) ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.
18 Καὶ εἶπε κύριος u) ὁ θεός· οὐ καλόν, εἶναι τὸν ἄνθρωπον
19 μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν x). Καὶ ἔπλα-
σεν ὁ θεὸς z) ἔτι ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ,
καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς
τὸν Ἀδάμ, ἰδεῖν τί καλέσει a) αὐτά· καὶ πᾶν ὃ εὰν b) ἐκά-
λεσεν αὐτὸ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν c), τοῦτο ὄνομα αὐτῷ d).
20 Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ ὀνόματα πᾶσι τοῖς κτήνεσι, καὶ πᾶσι
τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ
ἀγροῦ e)· τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς f) ὅμοιος αὐτῷ.
21 Καὶ ἐπέβαλεν ὁ θεὸς g) ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὕπνωσε·
καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα
22 ἀντ' αὐτῆς. Καὶ ᾠκοδόμησε ὁ θεὸς h) τὴν πλευρὰν ἣν ἔλα-
βεν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς
23 τὸν Ἀδάμ. Καὶ εἶπεν Ἀδάμ i)· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν
ὀστέων μου, καὶ σάρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη κληθήσεται

---

t) *φάγησθε*) Sic Alex. et 59. *φαγεσθε* Ox. Theoph. *φάγητε* Sixtina, et alii.

u) *κύριος*) = duo Codd. 79, 135.

x) *κατ' αὐτόν*) *κατ' αυτου* Ox. *secundum ipsum* vel (*simile*) *similem sibi* (*illi*) Latini.

z) *ὁ θεός*) Sic omnes testes.

a) *καλέσει*) *καλεση* Coisl.

b) *ἐὰν*) *αν* Coisl. 16, 59, Cpl. = XIV MSS., in quibus Ox. (Latini *omne quodcunque vocavit illud*).

c) *ψ. ζῶσαν*) praem. *εις* Ox. et V alii MSS.

d) *αὐτῷ*) *αυτου* Alex. IV alii. *αυτοις* Ox. cum VIII aliis. *eius* Latini. (Malo *αὐτοῦ* quam aliud.)

e) *τοῦ ἀγροῦ*) *της γης* XXVII MSS. et Compl. (non Alex. Ox. Lat.). Mox *τ ω τ ε Αδαμ* Alex. et 59.

f) *βοηθὸς*) = 127.

g) *ὁ θεὸς* praem. *κυριος* VIII MSS., Ald. Grab. (non Alex. Ox. Lat.).

h) *ὁ θεός*) *ο κυριος* III MSS., Ald. Praem. *κυριος* XXX fere MSS. in his Ox. Alex. item Compl.

i) *Ἀδαμ*) *ο Αδαμ* III Codd. in his Ox. pergens *τοῦτο ο ὖ ν ὀστοῦν*.

17 — — — — — — — — —

18 — — — — — — — — —
— — — — — נעשהν־לו עזר — —:
19 ויצר אלהים עוד מן־האדמה — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
וכל אשר יקרא־לו האדם ξנפש חיה הוא שמו:
20 — — ולכל־עוף השמים — — — — —

21 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
22 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
23 — — — — — — — — —
— — — — — — כי מאישהo לקחה זאת:

ν. Commendat hanc veram lectionis varietatem Cap. 1, 26. Cf. 3, 22. An et Aquila *ποιήσωμεν* in Plurali scripserit, nunc in integro relinquimus. Retinuit *faciamus* Hieron. in Vulg.

ξ. נפש חיה) Malit aliquis לנפש חיה, omisso praec. לו.

o. Pronomen suffixum revera fuit in textu Hebr. LXX, ut docet Samarit.

24 Γυνή, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη k). Ἕνεκεν τούτου
καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα l),
καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ m)· καὶ ἔσον-
25 ται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοί n), ὅ
τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο.
Cp. III. 1 Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν
ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις
τῇ γυναικί· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός o)· οὐ μὴ φάγητε p) ἀπὸ
2 παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου; Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει·
ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου q) τοῦ παραδείσου r) φαγούμεθα s).
3 Ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ t) τοῦ ξύλου, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ πα-
ραδείσου, εἶπεν ὁ θεός, οὐ φάγεσθε u) ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ x)

---

k) ἐλήφθη) + *αυτη* XXVIII MSS. in his Alex. Cf. Philo Iud. Edit. Mang. I, 74. Latini ut recepta, cui tamen *αὔτη* videtur addi posse. Non liquet.

l) μητέρα) + *αυτου* XXIII MSS., in quibus Alex. Ox. non male.

m) πρὸς τὴν γ. αὐτοῦ) *τη γυναικι αυτου* Alex. et alii VI MSS. (non Ox. cum Ald. et Latinis). Cf. Marc. 10, 7. Mat. 19, 5.

n) οἱ δύο γ.) *γυμνοι οι δυο* III MSS. *nudi ambo* Vet. Lat.

o) ὁ θεὸς) pr. *κυριος* VIII MSS.

p) οὐ μὴ φάγ.) *ου μη φαγειται* Ox. in orthographia tantum non pessimus. *non edetis* Vet. Lat.

q) ἀπὸ καρποῦ του ξ.) Sic Ox. quoque et alii. Sed *απο παντος ξυλου* Alex. et XX alii MSS. Item alii *απο παντος καρπου του ξ.* alii *απο καρπου παντος ξυλου*. *ab omni ligno* Vet. Int. Irenaei. *ex omni ligno* Aug. Ambr. Lucifer Calaritanus, sed *a fructu ligni* in textu dedit Petr. Sabatier vereor ut recte. Non displicet lectio Codicis Alex. Articulum τοῦ unus MS. habet ante καρποῦ, complures omittunt ante ξύλου.

r) τοῦ παραδ.) *του εν τω παραδεισω* X MSS.

s) φαγούμ.) Sic et Grab. sed *φαγωμεθα* Alex. Ox. alii, *φαγομεθα* XVI MSS. et Cpl.

t) τοῦ καρποῦ) = τοῦ Alex. Ox. et VII alii.

u) οὐ φαγ.) Sic et Alex. Ox. alii. *ου μη φαγησθε* (*φαγητε*, *φαγεσθε*, *φαγεσθαι*, *φαγεισθαι*) haud pauci MSS. *non edetis*, vel *non manducabitis* Lat.

x) οὐδὲ μὴ) *ουδ' ου μη* IX MSS. (non Alex. Ox.).

— — — — — — — — — 24.

— — — — — והיו שניהם π לבשר אחד׃

— — — — — — — — — 25

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 1 Cp. III.

— — ויאמר הנחש אל־האשה — — — —

— — — — — — — — — 2

— — — — — — — — — 3

π. Graecum non pro lubitu addidisse *οἱ δύο*, docet Samar. Cf. Mat. 19, 5. Marc. 10, 8. I Cor. 6, 16. et maxime Eph. 5, 31 ubi totus locus. Addit idem et Syrus, ut post alios observat ***Lud. Hirzel*** De Pentat. Versionis Syr. quam Peschito vocant indole Lips. 1825 p. 102. Non dubium est Rad. Cudwortho, ***quin haec vox in antiquis Ebraei Codicis exemplis exstiterit, at furtim postea inde fortassis sublata sit*** cet. de Coniunct. Christi et Ecclesiae in Typo §. XXIV. Sed absit calumnia. Iniquae fortunae potius quam consilio debentur plurimae omissiones, quae sensum aut leviter aut omnino non afficiunt. Sic mox Cap. 3, 1: *εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί κτλ.*

4 ἅψησθε *y*) αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ
5 γυναικί· οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· Ἤιδει γὰρ ὁ θεός, ὅτι
ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ
ὀφθαλμοί *z*), καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ πο-
6 νηρόν· Καὶ εἶδεν ἡ γυνή, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν,
καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ
κατανοῆσαι· καὶ λαβοῦσα ἀπὸ *a*) τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε,
καὶ ἔδωκε καὶ *b*) τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μετ' αὐτῆς *c*), καὶ ἔφα-
7 γον *d*). Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο *e*), καὶ
ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ
8 ἐποίησαν ἑαυτοῖς *f*) περιζώματα *g*). Καὶ ἤκουσαν τῆς φω-
νῆς *h*) κυρίου *i*) τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ
τὸ δειλινόν· καὶ ἐκρύβησαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ
ἀπὸ προσώπου κυρίου *i*) τοῦ θεοῦ ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου *k*) τοῦ
9 παραδείσου. Καὶ ἐκάλεσε κύριος *l*) ὁ θεὸς τὸν Ἀδὰμ καὶ
10 εἶπεν αὐτῷ *m*). Ἀδὰμ *n*) ποῦ εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ *o*)· τῆς

---

y) ἅψ.) αψεισθαι Ox. (error ex Itacismo.) *tetigeritis* Int. Iren. sed *tangetis* alii Latini.

z) ὑμῶν οἱ ὀφθ.) οι οφθ. υμων unus 135. *vobis oculi* al. *oculi vestri* Lat.

a) ἀπὸ) = Alex. Caes. Coisl. Ox. XX. alii, Cpl. Ald.

b) καὶ) = Caesar. et duo alii, item Latini.

c) μετ' αὐτῆς) = VI MSS. μετ' αυτη Ox.

d) ἔφαγον) εφαγεν vel εφαγε XII MSS. *ederunt* vel *manducaverunt* (*ambo*) Latini.

e) τῶν δύο) αυτων των δυο Ox. 82. *ambórum*, alii *eorum* Lat.

f) ἑαυτοῖς) αυτοις Ox. et pauci alii ignobiliores.

g) περιζ.) *campestria*, al. *succinctoria*, *praecinctoria* Latini.

h) τῆς φ.) την φωνην Alex. Caes. Coisl. VI alii (non Ox.).

i) κύριου) = utrobique Oxon. isque propemodum solus ex omnibus testibus.

k) τοῦ ξ.) = V MSS., Cpl. Ald.

l) κύριος) = III Cdd. cum Ald. Habet Oxon. sed cum Asterisco a secunda manu si recte Holmesium intellexi.

m) αὐτῷ = Ox. si Grabius verum testatur.

n) Ἀδὰμ) Αδαμ Αδαμ 72 qui liber sexcentis locis aliis obsequitur textui Masorethico. Geminatur Ἀδὰμ apud Basilium Seleucensem Orat. III in Adam. Addam his notam Grabii Epist. ad Mil-

— — — — — — — — — 4

— — — — — — — — — 5

— — — — — — — — — 6

— — וכי תאוה־הוא לעינים לראות ונחמד הוא להשכיל ρ

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — ויאכלו σ : — — — — — 7

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 8

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 9

— — — — — — ויאמר לו אדם τ איך:

ρ. Haec fere ad verbum respondent Graecis, quamquam non omnino necessarium est, ut singula vocabula Graeca singulis Hebraicis adaptentur. Fatendum, haec non esse satis certa: vix tamen credo, textum Hebraicum hoc commate nihil mutationis subiisse.

σ. Vera lectionis varietas, ut recte monent Houbig. et Geddes, quoniam consentit Samar.

τ. Nemini litem movebo, qui neget אדם lectum a LXX. Ego quidem, si testimonia praeponderarent, geminari mallem quam prorsus abesse. Cap. 16, 8 semel legitur *Ἄγαρ* magno testium consensu (nisi quod Philo id omisit) in utroque textu. Cap. 22, 1: *Ἀβραάμ*, *Ἀβραάμ* Graecus et duo MSS. Hebraici. Cap. 31, 11: *Ἰακώβ* in multis Cdd. geminatur, id quod fit Cap. 46, 2 in utroque textu. Ex. 3, 4: *Μωυσῆ Μωυσῆ* in utroque textu. I Reg. 3, 10: *Samuel*, *Samuel* Hebr. et pars Graecorum. Adde si placet *Σαούλ*, *Σαούλ* Act. 9, 4. Tota res levissima si de sensu quaeratur, minus levis in iudicanda antiquorum monumentorum integritate.

5 *Καὶ πᾶν χλωρὸν ἀγροῦ πρὸ τοῦ γενέσθαι ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ*
πάντα χόρτον ἀγροῦ πρὸ τοῦ ἀνατεῖλαι· οὐ γὰρ ἔβρεξεν ὁ
θεὸς a) ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ἄνθρωπος οὐκ ἦν ἐργάζεσθαι τὴν
6 *γῆν. Πηγὴ δὲ ἀνέβαινεν ἐκ τῆς γῆς, καὶ ἐπότιζε πᾶν τὸ*
7 *πρόσωπον τῆς γῆς. Καὶ ἔπλασεν ὁ θεὸς b) τὸν ἄνθρωπον,*
χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς c)· καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ
8 *πνοὴν ζωῆς· καὶ ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος εἰς ψυχὴν ζῶσαν. Καὶ*
ἐφύτευσεν ὁ θεὸς d) παράδεισον ἐν Ἐδὲμ e) κατὰ ἀνατολάς,
9 *καὶ ἔθετο ἐκεῖ τὸν ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε. Καὶ ἐξανέτειλεν ὁ*
θεὸς f) ἔτι ἐκ τῆς γῆς πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν καὶ κα-
λὸν εἰς βρῶσιν· καὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς ἐν μέσῳ τοῦ παρα-
δείσου, καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονη-
10 *ροῦ g). Ποταμὸς δὲ ἐκπορεύεται ἐξ Ἐδὲμ h), ποτίζειν τὸν παρά-*

---

a) *ὁ θεὸς*) praem. *κυριος* pars MSS., alii in margine, alii praefixo Asterisco (non Alex. Ox. Lat.).

b) *ὁ θεός*) praem. *κυριος* pars MSS. fere ut antehac (non Alex. Ox Lat.).

c) *ἀπὸ τῆς γῆς*) + *λαβων* unus et alter MS., item Iustin. pag. 29. Praem. *λαβων* XVIII MSS. in quibus Ox. item Compl. Ald. (non vet. Lat.).

d) *ὁ θεὸς*) praem. *κυριος* XVIII fere MSS., in his Alex. Auctore Anastasio, qui *τὰ Ἑξαπλὰ στιχθέντα* commemorat, Origenes illud *κύριος* sub Asterisco *τοῖς Ο'* intulit. Recepta est apud Ox. Ald. Lat.

e) *Ἐδὲμ*) Compl. *Ἐδέν*, ut Latini, quod et Grabio placuit. Nondum in exploratis habeo, sitne haec unius litterae mutatio tribuenda pronuntiandi an scribendi negligentiae, ipsisne LXX, an librariis, sed ad posterius inclino. Cf. *Καιναμ* et *Καιναν* Cap. 10, 24 *Χεβρωμ* et *Χεβρων* 13, 18. Adde *Εσρωμ*, *Εγλωμ*, *Μαδιαμ* cet. Vide mox nomina fluviorum.

f) *ὁ θεὸς* Nullus MS. Graec. praem. *κύριος*, et Latini quoque cum recepta consentiunt, praeter Hieron. in Vulg. quae nihil ad *τὴν Κοινήν*.

g) *τὸ ξύλ. τοῦ εἰδ . . .*) In his mecum haereat aliquis scrupulosior, consideratis locis parallelis vs. 17. Cap. 3, 22. Sed est Graecorum summus consensus. Vet. Lat. *lignum scientiae dignoscendi bonum et malum.* Alii Codd. Latini, Augustino teste, habebant *lignum sciendi bonum et malum*, alii *lignum scientiae (sciendi) boni et mali* cet. *Graecus habet*, inquit Augustinus, *lignum ad sciendum cognoscibile boni et mali* cet.

h) *Ἐδέμ*) *Ἐδέν* Compl. Grab. Latini, non MS. Graecus ullus.

5 שמים וארץ: וכל שיח ϑ השדה — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

6 ועין יעלה מן־הארץ — — — — — —

7 — — — — — — — — —

— — — — — — — — —

8 ויטע אלהים גן־בעדן מקדם ι — — — — —

— — — — — — — — —

9 ויצמח אלהים עוד מן־האדמה — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

10 ונהר יצא מעדן κ להשקות את־הגן ומשם יפרד λ לארבעה ראשים:

ϑ. Retinui שיח quamquam proprie respondet ירק, quoniam tanta non est constantia LXX, ut in eiusmodi locis in alterutram partem pronuntiari possit.

ι. גן־בעדן מקדם) Sic LXX. גן מקדם לעין coniectura.

κ. מעדן) Sic LXX. מן־העין coniect.

λ. Non expressum a LXX והיה quod est in Samar. et Masor. et ne lectum quidem opinor. Sic infra שׁם vs. 14 non translatum est a Graeco. Uterque textus bonus. In eiusmodi ἀδιαφόροις raro cum aliqua probabilitate pronuntiari potest, quid ipsa ipsius auctoris Hebraici manus scripserit. Solet ac debet in rebus mediis aut levibus is testis praeferri, qui in gravioribus repertus est veracior.

11 θεισον· ἐκεῖθεν i) ἀφορίζεται εἰς τέσσαρας ἀρχάς. Ὄνομα
τῷ ἑνὶ Φισὼν k)· οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶσαν τὴν γῆν Εὐιλὰτ l),
12 ἐκεῖ οὗ ἐστι τὸ χρυσίον. Τὸ δὲ χρυσίον τῆς γῆς ἐκείνης
13 καλόν· καὶ ἐκεῖ ἐστιν ὁ ἄνθραξ καὶ ὁ λίθος ὁ πράσινος. Καὶ
ὄνομα τῷ ποταμῷ τῷ δευτέρῳ, Γεὼν m). οὗτος ὁ κυκλῶν πᾶ-
14 σαν τὴν γῆν Αἰθιοπίας. Καὶ ὁ ποταμὸς ὁ τρίτος, Τίγρις·
οὗτος ὁ πορευόμενος n) κατέναντι Ἀσσυρίων. Ὁ δὲ ποταμὸς
15 ὁ τέταρτος, Εὐφράτης o). Καὶ ἔλαβε κύριος p) ὁ θεὸς τὸν
ἄνθρωπον ὃν ἔπλασε q), καὶ ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ
16 [τῆς τρυφῆς r)], ἐργάζεσθαι αὐτὸν καὶ φυλάσσειν. Καὶ
ἐνετείλατο κύριος ὁ θεὸς s) τῷ Ἀδάμ, λέγων· ἀπὸ παντὸς

---

i) ἐκεῖθεν . .) *et inde divisum est in quatuor partes* Vet. Lat. apud Aug. sed alibi *dividitur hic fons in quatuor initia*, alibi *in quatuor flumina*, Ambros. Copula desideratur in libris Graecis.

k) Φεισων Alex. et XIV alii MSS.

l) Ευειλατ Alex. et III alii. *Evilath* Latini. Sed infra Cap. 10, 7. 29. haud spernendi testes Ευιλα, Ευειλα absque littera dentali, quae nescio an debeatur oris clausurae.

m) Γηων Alex. VI alii. Γαιων VII. Cdd. Γ ε ω ν (sic cum spatio unius litterae vacuo) Ox. *Geon* Latini.

n) ὁ πορευόμ.) Sic Alex. Ox. XXIII alii MSS., Compl. quos secutus sum. In Sixtina est ὁ προπορευόμενος. Mox Ασσυριας unus 128.

o) Εὐφρ.) praem. ουτος XXVI MSS., in his Alex. Ox. it. Compl. (non Latini) et credibile est, οὗτος scriptum a LXX. Nullus ἐστὶν praemittit, quod mallem.

p) κύριος) = 37 Cod. Moscuensis saec. XII., itemque Ambros. Sed August. diserte monet, hunc locum *ab ipso divini libri exordio* esse primum, qui non habeat *Deus*, sed *Dominus Deus*.

q) ἔπλασε) εποιησε Ox. Coisl. 55, 127, 128. *fecit*, *fecerat*, sed alibi *finxit* Aug. Favent receptae vs. 7. 8.

r) τῆς τρυφῆς) = Alex. Coisl. 68, 72, 120, 129, Ald. Philo, Theophilus Antiochenus, Latini, (nam quod Hieron. Quaest. Hebr. τοῖς Ο' tribuit *in paradiso voluptatis*, id de Hexaplari textu accipiendum est, ut multa alia ab eodem dicta de iisdem.) Recepit Grabius τῆς τρυφῆς praefixo Asterisco nudo sive coniecturali, sed invito MS. suo Alexandrino.

s) κύρ. ὁ θεός) Ita et Latini.

11 — — — — — — — — —

12 — — — — — — — — —

13 — — — — — — — — —

14 והנהר השלישי — — — — — — — —

15 — — את־האדם אשר יצר μ וינחהו בגן לעבדה ולשמרה:

16 — — — — — — — — —

μ. אשר יצר) Haec absunt a textu Masor. et Samaritano, sed fuerunt in libro vel libris Hebraicis LXX Intt. qui talia non addunt pro lubitu.

17 ξύλου τοῦ ἐν τῷ παραδείσῳ βρώσει φαγῇ. Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύ-
λου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν, οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ·
ᾗ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε t) ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε.
18 Καὶ εἶπε κύριος u) ὁ θεός· οὐ καλόν, εἶναι τὸν ἄνθρωπον
19 μόνον· ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν x). Καὶ ἔπλα-
σεν ὁ θεὸς z) ἔτι ἐκ τῆς γῆς πάντα τὰ θηρία τοῦ ἀγροῦ,
καὶ πάντα τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἤγαγεν αὐτὰ πρὸς
τὸν Ἀδάμ, ἰδεῖν τί καλέσει a) αὐτά· καὶ πᾶν ὃ ἐὰν b) ἐκά-
λεσεν αὐτὸ Ἀδὰμ ψυχὴν ζῶσαν c), τοῦτο ὄνομα αὐτῷ d).
20 Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ ὀνόματα πᾶσι τοῖς κτήνεσι, καὶ πᾶσι
τοῖς πετεινοῖς τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ
ἀγροῦ e)· τῷ δὲ Ἀδὰμ οὐχ εὑρέθη βοηθὸς f) ὅμοιος αὐτῷ.
21 Καὶ ἐπέβαλεν ὁ θεὸς g) ἔκστασιν ἐπὶ τὸν Ἀδάμ, καὶ ὕπνωσε·
καὶ ἔλαβε μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα
22 ἀντ' αὐτῆς. Καὶ ᾠκοδόμησε ὁ θεὸς h) τὴν πλευρὰν ἣν ἔλα-
βεν ἀπὸ τοῦ Ἀδάμ, εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς
23 τὸν Ἀδάμ. Καὶ εἶπεν Ἀδάμ i)· τοῦτο νῦν ὀστοῦν ἐκ τῶν
ὀστέων μου, καὶ σάρξ ἐκ τῆς σαρκός μου· αὕτη κληθήσεται

---

t) φάγησθε) Sic Alex. et 59. φαγεσθε Ox. Theoph. φάγητε Sixtina, et alii.

u) κύριος) = duo Codd. 79, 135.

x) κατ' αὐτόν) κατ' αυτου Ox. *secundum ipsum* vel (*simile*) *similem sibi* (*illi*) Latini.

z) ὁ θεὸς) Sic omnes testes.

a) καλέσει) καλεση Coisl.

b) ἐὰν) αν Coisl. 16, 59, Cpl. = XIV MSS., in quibus Ox. (Latini *omne quodcunque vocavit illud*).

c) ψ. ζῶσαν) praem. εις Ox. et V alii MSS.

d) αὐτῷ) αυτου Alex. IV alii. αυτοις Ox. cum VIII aliis. *eius* Latini. (Malo αὐτοῦ quam aliud.)

e) τοῦ ἀγροῦ) της γης XXVII MSS. et Compl. (non Alex. Ox. Lat.). Mox τω τε Αδαμ Alex. et 59.

f) βοηθὸς) = 127.

g) ὁ θεὸς praem. κυριος VIII MSS., Ald. Grab. (non Alex. Ox. Lat.).

h) ὁ θεὸς) ο κυριος III MSS., Ald. Praem. κυριος XXX fere MSS. in his Ox. Alex. item Compl.

i) Ἀδαμ) ο Αδαμ III Codd. in his Ox. pergens τοῦτο ο ὖ ν ὀστοῦν.

17 — — — — — — — — —

18 — — — — — — — — —
— — — — — נעשהν־לו עזר — —:
19 ויצר אלהים עוד מן־האדמה — — — — —
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
וכל אשר יקרא־לו האדם ξנפש חיה הוא שמו:
20 — — ולכל־עוף השמים — — — —

21 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
22 — — — — — — — — —
— — — — — — — — —
23 — — — — — — — — —
— — — — — — כי מאישהο לקחה זאת:

ν. Commendat hanc veram lectionis varietatem Cap. 1, 26. Cf. 3, 22. An et Aquila *ποιήσωμεν* in Plurali scripserit, nunc in integro relinquimus. Retinuit *faciamus* Hieron. in Vulg.

ξ. נפש חיה) Malit aliquis לנפש חיה, omisso praec. לו.

ο. Pronomen suffixum revera fuit in textu Hebr. LXX, ut docet Samarit.

24 **Γυνή**, ὅτι ἐκ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἐλήφθη k). Ἕνεκεν τούτου
καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα l),
καὶ προσκολληθήσεται πρὸς τὴν γυναῖκα αὐτοῦ m)· καὶ ἔσον-
25 ται οἱ δύο εἰς σάρκα μίαν. Καὶ ἦσαν οἱ δύο γυμνοί n), ὅ
τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ᾐσχύνοντο.

Cp. III. 1 Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν
ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε κύριος ὁ θεός. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις
τῇ γυναικί· τί ὅτι εἶπεν ὁ θεός o)· οὐ μὴ φάγητε p) ἀπὸ
2 παντὸς ξύλου τοῦ παραδείσου; Καὶ εἶπεν ἡ γυνὴ τῷ ὄφει·
ἀπὸ καρποῦ τοῦ ξύλου q) τοῦ παραδείσου r) φαγούμεθα s).
3 Ἀπὸ δὲ τοῦ καρποῦ t) τοῦ ξύλου, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ πα-
ραδείσου, εἶπεν ὁ θεός, οὐ φάγεσθε u) ἀπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ x)

---

k) ἐλήφθη) + *αυτη* XXVIII MSS. in his Alex. Cf. Philo Iud. Edit. Mang. I, 74. Latini ut recepta, cui tamen *αὕτη* videtur addi posse. Non liquet.

l) μητέρα) + *αυτου* XXIII MSS., in quibus Alex. Ox. non male.

m) πρὸς τὴν γ. αὐτοῦ) *τη γυναικι αυτου* Alex. et alii VI MSS. (non Ox. cum Ald. et Latinis). Cf. Marc. 10, 7. Mat. 19, 5.

n) οἱ δύο γ.) *γυμνοι οι δυο* III MSS. *nudi ambo* Vet. Lat.

o) ὁ θεὸς) pr. *κυριος* VIII MSS.

p) οὐ μὴ φάγ.) *ου μη φαγειται* Ox. in orthographia tantum non pessimus. *non edetis* Vet. Lat.

q) ἀπὸ καρποῦ του ξ.) Sic Ox. quoque et alii. Sed *απο παντος ξυλου* Alex. et XX alii MSS. Item alii *απο παντος καρπου του ξ.* alii *απο καρπου παντος ξυλου.* *ab omni ligno* Vet. Int. Irenaei. *ex omni ligno* Aug. Ambr. Lucifer Calaritanus, sed *a fructu ligni* in textu dedit Petr. Sabatier vereor ut recte. Non displicet lectio Codicis Alex. Articulum *τοῦ* unus MS. habet ante *καρποῦ*, complures omittunt ante *ξύλου*.

r) τοῦ παραδ.) *του εν τω παραδεισω* X MSS.

s) φαγούμ.) Sic et Grab. sed *φαγωμεθα* Alex. Ox. alii, *φαγομεθα* XVI MSS. et Cpl.

t) τοῦ καρποῦ) = τοῦ Alex. Ox. et VII alii.

u) οὐ φαγ.) Sic et Alex. Ox. alii. *ου μη φαγησθε* (*φαγητε*, *φαγεσθε*, *φαγεσθαι*, *φαγεισθαι*) haud pauci MSS. *non edetis*, vel *non manducabitis* Lat.

x) οὐδὲ μὴ) *ουδ' ου μη* IX MSS. (non Alex. Ox.).

— — — — — — — — — 24

— — — — — והיו שניהם π לבשר אחד:

— — — — — — — — — 25

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 1 Cp. III.

— — ויאמר הנחש אל־ האשה — — — —

— — — — — — — — — 2

— — — — — — — — — 3

π. Graecum non pro lubitu addidisse οἱ δύο, docet Samar. Cf. Mat. 19, 5. Marc. 10, 8. I Cor. 6, 16. et maxime Eph. 5, 31 ubi totus locus. Addit idem et Syrus, ut post alios observat ***Lud. Hirzel*** De Pentat. Versionis Syr. quam Peschito vocant indole Lips. 1825 p. 102. Non dubium est Rad. Cudwortho, ***quin haec vox in antiquis Ebraei Codicis exemplis exstiterit, at furtim postea inde fortassis sublata sit*** cet. de Coniunct. Christi et Ecclesiae in Typo §. XXIV. Sed absit calumnia. Iniquae fortunae potius quam consilio debentur plurimae omissiones, quae sensum aut leviter aut omnino non afficiunt. Sic mox Cap. 3, 1: *εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικί κτλ.*

4 ἅψησθε y) αὐτοῦ, ἵνα μὴ ἀποθάνητε. Καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ
5 γυναικί· οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε· Ἤιδει γὰρ ὁ θεός, ὅτι
ᾗ ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ᾽ αὐτοῦ, διανοιχθήσονται ὑμῶν οἱ
ὀφθαλμοί z), καὶ ἔσεσθε ὡς θεοί, γινώσκοντες καλὸν καὶ πο-
6 νηρόν· Καὶ εἶδεν ἡ γυνή, ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν,
καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν, καὶ ὡραῖόν ἐστι τοῦ
κατανοῆσαι· καὶ λαβοῦσα ἀπὸ a) 'τοῦ καρποῦ αὐτοῦ ἔφαγε,
καὶ ἔδωκε καὶ b) τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς μετ᾽ αὐτῆς c), καὶ ἔφα-
7 γον d). Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο e), καὶ
ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν· καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ
8 ἐποίησαν ἑαυτοῖς f) περιζώματα g). Καὶ ἤκουσαν τῆς φω-
νῆς h) κυρίου i) τοῦ θεοῦ περιπατοῦντος ἐν τῷ παραδείσῳ
τὸ δειλινόν· καὶ ἐκρύβησαν ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ
ἀπὸ προσώπου κυρίου i) τοῦ θεοῦ ἐν μέσῳ τοῦ ξύλου k) τοῦ
9 παραδείσου. Καὶ ἐκάλεσε κύριος l) ὁ θεὸς τὸν Ἀδάμ καὶ
10 εἶπεν αὐτῷ m). Ἀδὰμ n) ποῦ εἶ; Καὶ εἶπεν αὐτῷ o)· τῆς

---

y) ἅψ.) αψεισθαι Ox. (error ex Itacismo.) *tetigeritis* Int. Iren. sed *tangetis* alii Latini.

z) ὑμῶν οἱ ὀφθ.) οι οφθ. υμων unus 135. *vobis oculi* al. *oculi vestri* Lat.

a) ἀπὸ) = Alex. Caes. Coisl. Ox. XX. alii, Cpl. Ald.

b) καὶ) = Caesar. et duo alii, item Latini.

c) μετ᾽ αὐτῆς) = VI MSS. μετ᾽ αυτη Ox.

d) ἔφαγον) εφαγεν vel εφαγε XII MSS. *ederunt* vel *manducaverunt* (*ambo*) Latini.

e) τῶν δύο) αυτων των δυο Ox. 82. *amborum*, alii *eorum* Lat.

f) ἑαυτοῖς) αυτοις Ox. et pauci alii ignobiliores.

g) περιζ) *campestria*, al. *succinctoria*, *praecinctoria* Latini.

h) τῆς φ.) την φωνην Alex. Caes. Coisl. VI alii (non Ox.).

i) κύριου) = utrobique Oxon. isque propemodum solus ex omnibus testibus.

k) τοῦ ξ.) = V MSS., Cpl. Ald.

l) κύριος) = III Cdd. cum Ald. Habet Oxon. sed cum Asterisco a secunda manu si recte Holmesium intellexi.

m) αὐτῷ = Ox. si Grabius verum testatur.

n) Ἀδὰμ) Αδαμ Αδαμ 72 qui liber sexcentis locis aliis obsequitur textui Masorethico. Geminatur Ἀδὰμ apud Basilium Seleucensem Orat. III in Adam. Addam his notam Grabii Epist. ad Mil-

— — — — — — — — — 4
— — — — — — — — — 5

— — — — — — — — — 6
— — וכי תאוה־הוא לעינים לראות ונחמד הוא להשכיל ϱ
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —
— — — ויאכלו σ: — — — — — 7
— — — — — — — — —
— — — — — — — — — 8
— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 9
— — — — — — ויאמר לו אדם τ איך:

ϱ. Haec fere ad verbum respondent Graecis, quamquam non omnino necessarium est, ut singula vocabula Graeca singulis Hebraicis adaptentur. Fatendum, haec non esse satis certa: vix tamen credo, textum Hebraicum hoc commate nihil mutationis subiisse.

σ. Vera lectionis varietas, ut recte monent Houbig. et Geddes, quoniam consentit Samar.

τ. Nemini litem movebo, qui neget אדם lectum a LXX. Ego quidem, si testimonia praeponderarent, geminari mallem quam prorsus abesse. Cap. 16, 8 semel legitur *Ἄγαϱ* magno testium consensu (nisi quod Philo id omisit) in utroque textu. Cap. 22, 1: *Ἀβϱαάμ*, *Ἀβϱαάμ* Graecus et duo MSS. Hebraici. Cap. 31, 11: *Ἰακὼβ* in multis Cdd. geminatur, id quod fit Cap. 46, 2 in utroque textu. Ex. 3, 4: *Μωυσῆ Μωυσῆ* in utroque textu. I Reg. 3, 10: *Samuel*, *Samuel* Hebr. et pars Graecorum. Adde si placet *Σαούλ*, *Σαούλ* Act. 9, 4. Tota res levissima si de sensu quaeratur, minus levis in iudicanda antiquorum monumentorum integritate.

πορεύσῃ, καὶ γῆν φαγῇ b) πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.
15 *Καὶ ἔχθραν θήσω c) ἀνὰ μέσον σου καὶ ἀνὰ μέσον d) τῆς*
γυναικὸς, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ σπέρματός σου καὶ ἀνὰ μέσον
τοῦ σπέρματος αὐτῆς· αὐτός σου e) τηρήσει f) κεφαλὴν g),
16 *καὶ σὺ τηρήσεις h) αὐτοῦ πτέρναν i). Καὶ τῇ γυναικὶ εἶπε·*
πληθύνων πληθυνῶ τὰς λύπας σου καὶ τὸν στεναγμόν k) σου·
ἐν λύπαις l) τέξῃ τέκνα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα σου ἡ ἀπο-
17 *στροφή m) σου, καὶ αὐτός σου κυριεύσει. Τῷ δὲ Ἀδὰμ εἶπεν·*
ὅτι ἤκουσας τῆς φωνῆς τῆς γυναικός σου, καὶ (ἔφαγες) ἀπὸ
τοῦ ξύλου, οὗ ἐνετειλάμην σοι τούτου μόνου μὴ φαγεῖν n),
ἀπ' αὐτοῦ ἔφαγες o), ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου·

---

b) *φαγῇ*) *φάγει* Ox. *φάγεσαι* Philo. (In Deuter. saepe recurrit *φαγῇ* apud LXX concordantibus MSS., non *φάγεσαι*. Vide mox infra vs. 17—19.)

c) *θήσω*) *ποιήσω* Theoph. Antioch. in Edit. Iustini Colon. p. 99.

d) *ἀνὰ μέσον*) id quater repetitum in aliquot MSS. varias omissiones peperit, qualium per Pentat. est ingens numerus.

e) *αὐτός σου*) *αὐτό σου* Theoph. l. l. quomodo et *Is. Vossius* de LXX Intt. Cap. XI. legi vult, litteram *σ* occasione sequentis litterae additam suspicatus. Quodsi mendum est, ut credo, pervetustum est, nam Latini habent *ipse* (al. *ipsa* sub. *Eva?*) *tibi* (al. *tuum*).

f) *τηρήσει*) *τοιρησει* Ox. *τειρήσει* Compl. utrumque male ex Itacismo. Est *calcabit* in Vet. Int. Irenaei, sed reliqui Latini *servabit, observabit.* Coniecit *τρήσει* et mox *τρήσεις* Is. Vossius, *τερήσει, τερήσεις* Grab. quibus coniecturis facile caremus.

g) *κεφ.*) *την κεφαλην* Ox. bene.

h) *καὶ σὺ τηρήσεις*) *σου δε* (sic omisso verbo) Ox.

i) *πτέρναν*) *την πτερναν* Ox. bene.

k) *τὸν στ.*) *τους στεναγμους* VI MSS., Compl. Latini alii *gemitum*, alii *gemitus*, alii *suspiria*.

l) *λύπαις*) *λύπῃ* Theoph. Vide vs. 17.

m) *ἀποστρ.*) *επιστροφη* 18 gregarius. Id coniecerat *Patricius Iunius* satis speciose, cf. Cant. 7, 10 *καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ.* Sed infra Cap. 4, 7 *ἀποστροφὴ* est absque ulla MSS. varietate. Latini utrobique *conversio.*

n) *φαγεῖν.*) *φάγει* (*φαγῇ?*) Ox.

o) *ἔφαγες*) expungi vult Grabius. Displicet omnino duplex *ἔφαγες* in hoc versu, sed si alterutrum proscribendum sit, prius ego

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — 15

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — ואל χ־ האשה אמר 16

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — — — — ψ 17

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — ארורה האדמה בעבדתך ω

χ) Est copula in Samar. atque uno alterove MS. Hebr.

ψ) Quoniam ipse textus Graecus, licet testimonia leviter discrepent, non usquequaque tutus videtur, Hebraicum textum non apposui. Dempto *ἔφαγες* priori et collato vs. 11 facile apparebit, quae et qualia LXX invenerint.

ω. *Legerunt* בַּעֲבָדֶיךָ *et illud acceperunt significatione Syriaca. Sic rursus Cap.* 8, 21. Haec Ludov. Cappellus. Magis placent, quae habentur in *Sixtini Amama* Censura vulgatae Lat. Vers. (nam Hier. in Vulg. dedit *in opere tuo* secutus fortasse Symmachi *ἐν τῇ ἐργασίᾳ σου*) huiusmodi: *Error ortus videri possit ex affinitate litterarum* ר *et* ד, *si in usu esset nomen* עֲבוֹד *pro Opere. Atqui ea vox nusquam extat. Dicunt enim Hebraei* עֲבוֹדָה. Sic ille. Sed res non omnino liquet. LXX alibi longe aliter expresserunt בַּעֲבוּר, ut videre est Cap. 12, 13. 16: *διὰ σὲ* et *δι' αὐτήν*. Cap. 18, 26: *δι' αὐτούς*, Cap. 26, 24: *διὰ Ἀβρ. τὸν πατέρου σου* cet. Quodsi *ἐν τοῖς ἔργοις σου* error est, excusabilis est, et talis ut de fide translatoris nihil detrahat.

ἐν λύπαις p) φαγῇ q) αὐτὴν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου.
18 Ἀκάνθας καὶ τριβόλους ἀνατελεῖ σοι r), καὶ φαγῇ τὸν χόρ-
19 τον τοῦ ἀγροῦ s). Ἐν ἱδρῶτι t) τοῦ προσώπου σου φαγῇ
τὸν ἄρτον σου, ἕως τοῦ ἀποστρέψαι σε εἰς τὴν u) γῆν ἐξ ἧς
20 ἐλήφθης· ὅτι γῆ εἶ, καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. Καὶ ἐκάλεσεν
Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ x) Ζωή y), ὅτι αὕτη z)
21 μήτηρ πάντων τῶν ζώντων. Καὶ ἐποίησε κύριος a) ὁ θεὸς
τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους καὶ
22 ἐνέδυσεν αὐτούς. Καὶ εἶπεν ὁ θεός b)· ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν
ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. Καὶ νῦν
μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ c), καὶ λάβῃ ἀπὸ d) τοῦ
ξύλου τῆς ζωῆς καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται e) εἰς τὸν αἰῶνα.
23 Καὶ ἐξαπέστειλεν αὐτὸν κύριος ὁ θεὸς ἐκ τοῦ παραδείσου

---

mallem proscribere, posterius retinere. Neutrum tamen patitur consensus satis magnus MSS. et Edd. Graec.

p) ἐν λύπαις) ἐν λύπῃ Philo, Theoph. Variant Latini. Cf. Cap. 5, 29.

q) φαγῇ) φάγει Ox. φάγεσαι Philo ut et alibi. Cf. vs. 14.

r) σοι) + ἡ γη Ox. et 135 (non Compl. ut male habet Lamb. Bos).

s) τοῦ ἀγροῦ) + σου Theoph. it. unus et alter Latinorum.

t) ἱδρῶτι) ιδρωτητι Ox. it. 108 et inde Compl. Alii ιδροτητι, υδρωτητι.

u) τὴν) = Ox. solus, bene.

x) αὐτοῦ) = Alex. Recepit Grabius.

y) Ζωήν Philo, quod vix pro testimonio reputandum.

z) αὕτη) = in Ald. et Sixtina. Habent αυτη XXXV MSS. pluresve, in his Alex. Ox. nec potest commode abesse. αὕτη ἦν Compl. ut duo MSS. 19 et 108, quod nescio an ipsis LXX recte asseratur, collato loco Cap. 1, 2 ἡ δὲ γῆ ἦν ἀόρατος. *haec est*, alibi *ista est* Aug. *ipsa est* Hieron. Quaest. Hebr. (sed aliter Hieron. in Vulgata, quae ad τὴν Κοινὴν proxime non pertinet).

a) κύριος) Nulla ex MSS. omissio notata. (*Dominus Deus* Aug.)

b) ὁ θεός) αυτοις 108 et inde Compl. Praem. κυριος XV fere MSS., in his Alex., item praefixo Asterisco Coisl. (non Ox.).

c) αὐτοῦ) = XI MSS., in his Alex., sed Grab. recepit, praefixo Asterisco nudo.

d) ἀπὸ) = Alex. Ox. IV alii. Recepit Grab.

e) ζήσεται) ζήσῃ Theodoret II, 397 Edit. Halens. *vivat* Latini. (In structura verborum haeserunt antiqui et recentiores. Anastasius Lib. XII in Hexaëmeron: Δοκοῦσί τινες ἐνταῦθα, ἐξ ὧν εἰσὶ

— — — — — — — — — 18
— — α לחמך — — — — — — 19

— — — — — — — — — 20

— — — — — — — — — 21
— — — — — — — — —
— — — — — — — — — 22
— — — — — — — — —
— — — — — — — — —

— — מן־הגן לעבד — — — — — 23

α. Habet pronomen suffixum unus Codex De-Rossi Sed litterae Caph omissio antiquior videtur omnibus MSS. Hebr.

24 [τῆς τρυφῆς *f*)] ἐργάζεσθαι τὴν γῆν ἐξ ἧς ἐλήφθη. Καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἀδὰμ, καὶ κατῴκισεν αὐτὸν *g*) ἀπέναντι τοῦ παραδείσου [τῆς τρυφῆς *h*),] καὶ ἔταξε τὰ Χερουβὶμ *i*) καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην *k*), φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς.

καὶ Ἰουδαῖοι καὶ Σαμαρεῖται, ὅτι τοῦτον νοῦν ἔχουσι τὰ τοῦ θεοῦ ῥήματα· ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν . . . . καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ . . καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα, ἐξαποστέλλωμεν αὐτὸν ἐκ τοῦ παραδ. κτλ. Graecus quidem textus ita explicari potest: *Cavendum iam est, ne manum extendat — — alioquin vivet in aeternum.* Ad καὶ ζήσεται cf. Ps. 2, 12 καὶ ἀπολεῖσθε, *alioquin peribitis.* Ps. 142, 7 καὶ ὁμοιωθήσομαι *alioquin similis fiam* Plene interpunxi post αἰῶνα cum Editt., sed dubitans.

f) τοῦ παραδ. τῆς τρ.) της τρ. του παραδ. 73. = τῆς τρυφῆς Cod. Caesar.

g) αὐτὸν) = Ox. Philo I, 1 38.

h) τοῦ παραδ τῆς τρ) = τῆς τρ. Caesar. τῆς τρ. του παραδ. Ox. et VIII alii MSS.

i) χερ.) χαιρουβημ Ox. χερουβειμ Coisl. 135, Ald. χερουβιν Alex. at Grab. ut nos.

k) τὴν στρεφ.) = 31, 83, Aldina. Mox φυλαττειν 31, 37.

וישכן אתו $^{\beta}$ מקדם לגן ויצו $^{\gamma}$ את־הכרובים — — —24

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

— — — — — — — — —

β. Magis convenit שכן Adamo expulso vel hominibus expulsis, quibus novum domicilium assignandum erat, quam Cherubis, qui non habitandi gratia, sed ut viam quae ad hortum ducebat custodirent, collocati sunt.

γ. Pro ויצו potest etiam וישם poni.

Bonnae, Typis Caroli Georgii.

2)

6

DE

PSALTERII SYRIACI

MEDIOLANENSIS

A CAIETANO BUGATO EDITI

PECULIARI INDOLE EIUSDEMQUE USU CRITICO

IN EMENDANDO TEXTU

PSALTERII GRAECI

SEPTUAGINTA INTERPRETUM.

SCRIPSIT

Johann Gottlieb

IO. THEOPHILUS PLÜSCHKE,

PHILOSOPHIAE ET THEOLOGIAE DOCTOR, HUIUSQUE IN SEMINARIO THEOLOGICO AUGUSTANAE CONFESSIONIS APUD BATAVOS PROFESSOR ORDINARIUS.

BONNAE

IMPENSIS ED. WEBERI

MDCCCXXXV.

VIRIS SUMME REVERENDIS,

D. IOANNI CHRISTIANO WILHELMO AUGUSTI,

POTENTISSIMO REGI BORUSSORUM A DIRIGENDO PROTESTANTIUM PER BORUSSIAM RHENANAM CONSISTORIO ECCLESIASTICO, THEOLOGIAE IN ACADEMIA FRIDERICIA WILHELMIA RHENANA PROFESSORI PRIMARIO, ORDINIS AQUILAE RUBRAE EQUITI CET.

FAUTORI AC PATRONO SUSPICIENDO:

D. DAVIDI SCHULZ,

POTENTISSIMO BORUSSORUM REGI IN CONSISTORIO ECCLESIASTICO SILESIAE A CONSILIIS, THEOLOGIAE IN ACADEMIA VIADRINA PROFESSORI PRIMARIO CET.

TAM STUDIORUM ACADEMICORUM PRISTINA

COMMUNIONE, QUAM DIUTURNA ET MULTIS SPECTATA DOCUMENTIS AMICITIA SIBI CONIUNCTISSIMO:

HOC MUNUSCULUM,

SI EX IPSORUM DIGNITATE SPECTETUR, EXIGUUM,
SIN EX ANIMO DANTIS, MAGNUM

OBTULIT

IO. THEOPH. PLÜSCHKE.

PROLEGOMENA.

Alexandrinae Versionis Septuaginta Interpretum quinam sint natales, quot et qualibus viris ea debeatur, cuinam aevo sit assignanda, quo instinctu fuerit inchoata, qua successione absoluta, quorum in usum adornata, quibus lectoribus probata, quas corruptelas experta, quam diu sibi relicta: haec et alia eiusmodi multa viros doctos graviter exercuerunt, et in posterum quoque exercebunt. Ad unam et alteram illarum quaestionum haud male responsum est; ad alias ut sperare licet olim respondebitur; rursus aliae ob defectum testimoniorum historicorum nunquam ita expedientur, ut nihil quaerendum aut scrutandum supersit. Non sane rem levem aut scitu indignam egerunt, qui Veteris Testamenti Graeci primordia studiose indagarent, eiusque historiam antiquissimam tenuibus intenti vestigiis acriter persequerentur: nam incredibile est, quantam vim et efficacitatem Hebraeorum Bibliotheca Sacra Graece conversa habuerit ad viam Evangelio muniendam eiusque cursum accelerandum, ad condendam per Impe-

rium Romanum Ecclesiam Christianam, ad instruendam Theologiam primorum a Iesu Christo nato temporum, ad omnem denique conformationem rerum sacrarum. Videmur quidem post tenebras quattuor saeculorum et amplius in plenam lucem emergere, ubi ventum est ad Origenem, tanti operis primum sospitatorem: ad hoc enim magnificum nomen eius conatus aliquo iure adspirant. Sed occurrunt nobis lucem obortam iam laetantibus novae tenebrae, et novae non tantum testimoniorum sed et magnorum operum iacturae aut corruptelae. Levia tantum fragmenta restant Hexaplorum Origenis, eaque operose conquisita et passim mendis plena: ne id quidem satis constat, quo consilio vir *ἀδαμάντινος* Versionis Alexandrinae emendationem susceperit, quas leges sibi observandas imposuerit et quibus rationibus coeptum opus perfecerit. Quomodo accipiendi sint Obelisci Hexaplares, Asterisci, Hypolemnisci, et alia eiusmodi signa critica, id ad hunc usque diem aliquatenus dubium est *). Qualis fuerit et quo-

---

*) Aliquatenus dubium, maxime si res ex variis exemplis spectetur, quale dabimus infra ex Ps. 148, 3. Nam quid propositum fuerit Origeni, ipse satis aperte declaravit Comment. in Matth. verbis haud obscuris, ut agnoverunt Io. Ern. Grabe in Dissert. de variis vitiis LXX Intt. Versioni ante B. Origenis aevum illatis etc. Oxon. 1710. p. 1 et 50, et Bern. de Montfaucon Hexapl. Tom. I. p. 91. (Bahrdt p. 183.) Non piget, locum hic apponere. *Νυνὶ δὲ δηλονότι πολλὴ γέγονεν ἡ τῶν ἀντιγράφων διαφορά, εἴτε ἀπὸ ῥᾳθυμίας τινῶν γραφέων, εἴτε ἀπὸ τόλμης τινῶν μοχθηρᾶς τε διορθώσεως τῶν γραφομένων, εἴτε καὶ ἀπὸ τῶν τὰ ἑαυτοῖς δοκοῦντα ἐν τῇ διορθώσει προστιθέντων, ἢ ἀφαιρούντων. Τὴν μὲν οὖν ἐν τοῖς ἀντιγράφοις τῆς παλαιᾶς διαθήκης διαφωνίαν, θεοῦ διδόντος εὕρομεν ἰάσασθαι, κριτηρίῳ χρησάμενοι ταῖς λοιπαῖς ἐκδόσεσιν. Τῶν γὰρ ἀμφιβαλλομένων παρὰ τοῖς*

modo aestimanda sit opera aliorum virorum in recensendis castigandisque Codicibus LXX Interpretum collocata, Eusebii, Pamphili, Luciani Antiocheni, Hesychii Alexandrini et reliquorum vel minus celebrium vel plane incognitorum; quantum denique ponderis Hieronymi auctoritas habuerit ad mutandos Libros SS. non tantum Latinos sed et Graecos: haec et similia nos ob testimoniorum vel iacturam vel brevitatem vel ambiguitatem nunc vix coniecturis assequimur. Hoc certum et ante omnium oculos positum est, quattuor principales Bibliothecae S. Alexandrinae Editiones, Complutensem, Aldinam, Romanam Sixti V iussu editam, et Grabianam tanto discrimine differre, ut qui omnium differentiarum fontes aperuerit, rationemque reddiderit, inventus sit hactenus nemo, nec facile inveniri posse videatur. Non invidebo, sed magnopere laudabo, si quis post tot virorum praeclarorum conatus denuo totam disquisitionem ab ovo repetat; denuo omnia testimonia testimoniorumque vestigia inde a Ptolemaeo Lagi, vel si placet ulterius, summa diligentia conquirat, in examen producat, et quicquid tot saeculorum tractu in ea re transactum

---

ἑβδομήκοντα διὰ τὴν τῶν ἀντιγράφων διαφωνίαν, τὴν κρίσιν ποιησάμενοι ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων, τὸ συνᾷδον ἐκείναις ἐφυλάξαμεν καὶ τινὰ μὲν ὠβελίσαμεν ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ μὴ κείμενα, οὐ τολμήσαντες αὐτὰ πάντη περιελεῖν, τινὰ δὲ μετ᾽ ἀστερίσκων προσεθήκαμεν, ἵνα δῆλον ᾖ, ὅτι μὴ κείμενα παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα ἐκ τῶν λοιπῶν ἐκδόσεων συμφώνως τῷ Ἑβραϊκῷ προσεθήκαμεν. Recte Origenes abstinuit ab illo *πάντη περιελεῖν*, quod si fecisset, longe intolerabilior esset haec castratio LXX Interpretibus illata, quam istud *τόλμημα*, quo semetipsum castravit. Sunt enim permulta, ne dicam omnia *ὠβελισμένα* eiusmodi, ut nos iacturam eorum iniquissimo animo toleraremus.

est, denuo retractet severeque Historicum agens exploret: novos etiam Libros MSS. Graecos, Latinos, Syriacos, Arabicos, Aethiopicos, Armenos, quotquot alicubi latentes adhuc reperiri et conferri possint, ad augendum apparatum adhibeat: res est dignissima summorum virorum studiis. At me iudice, materies critica post evulgatas copias Holmesianas iam tanta est, ut copiosior optari non debeat, melior sperari vix possit.

Nihil igitur intempestivi is faciat opinor, qui post tot aliorum labores serio animum adiiciat ad tanti apparatus usum; simul vero relictis in medio, quae ex historico genere sunt obscura, dubia, incerta, *ad interna* se convertat et indolem singulorum librorum Versionis Alex. subtiliter accurateque exploret, per omnia ac singula exquirendo, quid cuique translatori, eius consuetudini et usui, peculiari dictioni et colori conveniat, quid discrepet et abhorreat. Quantum proficiatur ad nativam scripturam librorum antiquorum feliciter eruendam *argumentis internis* quae dicuntur, id neminem artis criticae peritum unquam latere potuit: sed quam longe lateque ea res pateat, et quomodo ineunda hac via penetrari possit in ultimos scriptorum veterum recessus, nemo manifestius et evidentius ostendit, quantum ego quidem novi, certe nemo subtilius et felicius ad emendandos Libros SS. adhibuit, quam hoc nostro aevo Christoph. Gotthelf Gersdorf, Dav. Schulz et pauci alii, in restituendo textu Novi Testamenti. Immensum quantum lucrabimur, Versionem quoque Alexandrinam ita tractando, ut Codicum MSS. reliquorumque testium vetustorum indicia ac monita exigamus ad indolem uniuscuiusque interpretis longo

studio satis cognitam; et vicissim in aestimanda indole illa iudicium ad bonorum testium auctoritatem dirigamus;

alterius sic
altera poscit opem res, et coniurat amice.

Non ignoro, nos ita agendo in orbem redire: quis enim *a priori*, ut dicunt, sciat, quid ante hos bis mille annos alicui scriptori Alexandrino placuerit? quis de eo sententiam ferat absque testimoniis, a quorum documento tandem pendent singula et cuncta, maxima et minima? Sed ille orbis, in quem tractatio revolvitur, necessarius et inevitabilis est, nec ullo modo vitiosus, si teneamus, nihil aliud hic proponi, suaderi, postulari, quam hoc, ut testium voces dissonae ad normam exigantur *summae et perpetuae consensionis eorundem testium in reliquis.* Fit ille orbis tum demum vitiosus, si libri vetusti pars maior vel certe dimidia corruptelis adeo scatet, ut paene ignoretur, quid in eo sanum haberi possit, quid depravatum existimari debeat, quid ab ipsa scriptoris manu profectum, quid ab aliis interpolatum, omissum, traiectum, perversum. Quod ubi accidit, dissensusque maior et potior est, quam consensus; nullum acumen, nulla sagacitas eruet id, quod in scriptore est proprium, privum, peculiare, brevi, *τὸ χαρακτηριστικόν.* Sed sufficit haec tetigisse: nam illi, quibus hanc scriptionem meam probare cupio, facile carebunt longis sermonibus de ratione interrogandorum testium et recte instituenda exploratione critica. Nec est huius loci aut huius diei, ut doceatur, quomodo et quibus cautionibus restrictionibusve praecepta generalia criticae artis ad emendandos LXX Intt. adhiberi debeant: ut in tot aliis, ita

et in hac re *θεωρία* quae vocatur, non praeibit *πρᾶξιν*, sed eam subsequetur.

A singulis autem dictae Bibliothecae S. Graecae V. T. libris ut initium fiat investigandi, iudicandi, emendandi, edendi, suadet ac persuadet rei vastitas, ne dicam immensitas. Quotus enim quisque vir doctus, licet ab ingenio et eruditione instructissimus laborisque patientissimus se in gurgitem immergat totius operis Holmesiani, quod ipsum quantumvis magno dignum applausu, non caret suis naevis, qui haud raro utentem cogant, ut conquirendorum aut evocandorum testium curam, a qua se liberatum putabat, in se ipsum recipiat, aliorumque *παροράματα* suis oculis adhibitis corrigat? ut nunc taceam, universum corpus LXX Interpretum tam variis constare elementis et tam dissimilem tractandi rationem requirere, in magna ceterum similitudine partium omnium, ut ab aliis libris ad alios transiens propemodum oblivisci aut dediscere debeas, quae animum per menses atque annos occupatum tenuerant.

At qualem textum, qualemve textus conformationem consectabimur? eam scilicet, quae Origeni placuit? Huc vergunt, huc inclinant non omnium quidem, at multorum tamen virorum eruditorum desideria. Sed primum hi iusto benignius opinantur de Origenis scientia linguae Hebraicae et acumine critico *): deinde cur

*) Fuit in his, ut Grabium et alios taceam beatus Iacob. Amersfoordt, Origenem dicens *perperitum et universae Criticae et linguae Hebraicae*, Dissert. de variis lectt. Holmesianis locorum quorumdam Pentat. Mos. p. 20. Aliter Petr. Dan. Huetius, Io. Clericus, Io. Geo. Rosenmüller, et nuper Gesenius de Pentat. Samar. origine, indole et auctoritate, p. 12.

textum Hexaplarem magnopere requiramus, nulla satis idonea causa est, postquam Grabius huic desiderio eatenus satisfecit, ut magna vindemia nisi forte in uno alterove libro non sit speranda novis operatoribus? Non sane spernimus vel exiguam racemationem *), sed longe optabilius ac praestabilius censemus, in unoquoque libro dictae Versionis Alex. omnia alte et a capite inquirere (*παρακολουθεῖν ἄνωθεν πᾶσιν ἀκριβῶς*, ut Evangelistae verbis utar) summaque diligentia et cautione eruere, quid a prima primi interpretis manu profectum sit, eique explosis commenticiis optime conveniat atque asseratur. Hac enim via sola inveniri indicarique poterit, qualem textum Hebraicum LXX Intt. saeculo III ante Christum natum et proximis ab eo saeculo temporibus in suis membranis repererint, et quas mutationes idem ille expertus fuerit usque ad illud aevum, quo Christiani litteratores Graeca cum Hebraicis comparare et deprehenso dissensu locis impeditis ac corruptis tralaticiae Versionis medicinam admovere coeperunt. Sic simul historiae textus Graeci consuletur, et quid in eo depravatum sit addendo, omittendo, transponendo, non tantum argumentis externis obscurisque vel ambiguis Patrum testimoniis, sed et internis indiciis ex ipsa consuetudine translatoris cuiusque depromptis, certius aut probabilius demonstrabitur. Est sane variorum librorum Vet. T. Graeci, quod ad textum vel conformatum vel conformandum attinet, varia ratio. Alii maiorem in modum mutilati aut interpolati sunt

*) Specimen Graeci textus Psalmorum Hexaplaris edidit Ern. Godofr. Adolph. Böckel, Lips. 1820. 4. Continet illud tres Psalmos priores.

variaque tentamina antiquitus experti, ut ad primigenium nitorem suum nunquam revocari posse videantur: alii plus nativae formae retinuerunt, et facilius integritati suae restituentur.

Sed in illis quoque opera danda est, ut quoad eius fieri potest, ad *antiquam et nativam* Κοινὴν perveniatur: ita enim placet eam vocare scripturam, quae ab ipso primo translatore profecta est, aut proxime ad eius manum accedit. Nam quod Hieronymus τὴν Κοινὴν adeo contemnit, ut passim vix ac ne vix quidem dignam censeat nomine LXX Interpretum, quoniam illa in toto orbe sit diversa, id neminem impellere debet, ut textui Hexaplari praerogativam cupide deferens, quasi inventa meta, in Origenianis feliciter recuperatis et expeditis acquiescat. *Ad Hebraicam veritatem* Origenes et Hieronymus, vel quotquot cum his faciebant, Graeci textus lectiones tanquam ad Lydium lapidem exigere solebant. Id ut multis in locis Graeco profuit, ita in aliis haud paucioribus mirifice obfuit.

Nostro quidem aevo, ubi LXX Intt. ob causas longe alias leguntur, versantur, tractantur, quam in antiqua ecclesia Graeca: (nam ecclesiasticis usibus apud nos longe lateque prospicitur aliis Versionibus, noviciis illis si comparentur cum LXX Interpretibus; inter Philologos rari sunt Valkenaerii, qui a classicis scriptoribus suis deflectant, ut Graecis Hebraizantibus aliquantum studii et operae impendant; Theologi vero LXX evolvunt eo consilio vel unice vel potissimum, ut aut emendent aut illustrent textum Hebraicum, aut studium utriusque Codicis S. tam N. quam V. T. inde iuvent, augeant, ornent:) nostro igitur aevo in crimen manife-

stae ἀκρισίας incurreret, qui Versionem aliquam antiquam ad intelligendum et corrigendum Archetypum adhibere quidem vellet, sed eam prius ad Archetypum refictam. Quid est enim, testes corrumpere, eosque, ut non suum et sincerum sed imperatum simulatumque testimonium dicant cogere, si hoc non est? Concedi omnino debet *emendatio mutua*, qua textui Graeco subveniat Hebraicus, Hebraico Graecus, sed inique agunt, qui ubique Hebraicam, h. e. Iudaicam veritatem crepant, et Graecis quotiescunque discrepant, statim erroris, ignorantiae, temeritatis, libidinis notam inurunt. At nolo nunc copiose disserere de mutua utriusque textus emendandi ratione, quippe quae res qualis sit, quantae ubertatis, sed et cautionis, optime potest demonstrari certis et probabilibus exemplis. Nam prolusionis tantum gratia et velut suspenso calamo haec disputavi, ad instruendam rem, de qua hic agere mecum constitueram.

Ad Psalterium enim LXX Intt. critico studio subigendum ac pertractandum aliquot abhinc annis animum adieceram: copias Holmesianas semel iterumque excusseram, ut aliquam cum CXXIX MSS. Graecis Psalterii Alexandrini familiaritatem contraherem: collationem addideram Psalterii Graeco-Latini pervetusti a Iosepho Blanchino in Vindiciis Canonicarum Scripturarum editi, cuius rationem nullam habuit Editor Britannus: Versiones item, Latinam, (vel si mavis Latinas,) Arabicam, Aethiopicam, quarum paucae tantum lectiones in opere Anglicano excerptae sunt, debita cura in usum converteram, nec Metaphrasin Apollinarii neglexeram, cuius utiliter in subsidium vocandae exemplum praeiverunt Editores Romani: tum Editiones principes, Com-

plutensem, (Aldina facile carui, instructus Basileensi 1545, quae illam per Psalmos tam presse sequitur, ut etiam operarum errores relicti fuerint,) Sixtinam et Grabianam Tiguri recusam continuo prae manibus habebam, ut si quem scrupulum iniiceret collatio a Britannis eorumque adiutoribus quantumvis diligenter facta, meis visum oculis evellerem: aegre quidem carebam libris nonnullis, quos consulere optaveram, sed minime palmariis, nedum lectionum fontibus, praeter unam Psalmorum Versionem Syriacam de Graeco factam, quae in fontium numero haberi poterat. Hanc tandem adeptus operae pretium existimavi, quantum emolumenti ad emendandum Psalterium Graecum LXX Intt. inde peti posset, curiose inquirere; nec viris doctis, horum studiorum fautoribus, ingratum fore putavi, si eius Versionis Syriacae paucis cognitae *) *indolem* exponerem eatenus a me investigatam, ut consilii mei ratio postulabat, et post generales quasdam observationes etiam *specimina* exhiberem, unde quodammodo aestimari posset libri usus criticus in castigandis LXX.

Inscriptio operis paginarum XXII et 496 formae quaternariae haec est:

ܡܙܡܘܪ̈ܐ ܐܝܟ ܡܫܠܡܢܘܬܐ ܕܫܒܥܝܢ

Psalmi secundum Editionem LXX Interpretum quos ex Codice Syro-estranghelo Bibliothecae Ambrosianae Syriace imprimendos curavit, Latine vertit, notisque criticis illustravit Caietanus Bugatus S. Th. I. U. et Collegii Ambrosiani Doctor. Mediolani MDCCCXX.

---

*) Gesenius breviter egit de hoc Psalterio Syr. in Ephemeridibus Halensibus, Ianuar. 1832., si modo recte memini.

Characterem Estranghelo, ut id addam, typographus tantum in illis tituli vocibus *Masmure aich maschlemonutho d'schab'in*, itemque in singulorum Psalmorum titulis primisque vocabulis ac praeterea in ponendo *Diapsalma* vel *Diapsalmon* imitari iussus est, cetera aliis usus ille typis. Ad calcem libri reperiuntur *Adnotationes ad librum Psalmorum Versionis Syro-Hexaplaris*, quae sunt ipsius Bugati, tandemque extremis aliquot paginis locus Origenis Syriace conversus de Psalmorum inscriptione, auctoribus, numero et similibus.

C A P. I.

De peculiari indole Psalterii Syriaci Mediolanensis Critico in universum observanda.

De manuscripti Codicis Syriaci *) externa facie totoque habitu, quum αὐτοψὶ iudicare nequeam, paene nihil mihi suppetit, quod lectoribus exponam. Laudat eius praestantiam, qui Editioni praefatus est, Petrus Cighera, Bibliothecae Ambrosianae Praefectus, a quo discimus, opus iam pridem ad umbilicum fuisse perductum et prelo commissum, nihilque defuisse, quam praefationis concinnandae curam; idem facturum fuisse Bugatum in Psalmis, quod in edendo Daniele **)

*) De Psalmis hic agitur. Sed Versio Syriaca de Graeco facta, quae Mediolani in Bibliotheca Ambrosiana asservatur, praeter Psalmos etiam Iobum, Proverbia, Ecclesiasten, Canticum, Threnos, Iesaiam, Danielem et Prophetas XII minores complectitur. Videatur Henr. Middeldorpf, *Curae hexaplares in Iobum*, Vratislaviae 1817. Praefat., et auctores ibi laudati, nominatim Eichhornii Allgem. Bibliothek der bibl. Litter. Tom. I. p. 837.

**) *Daniel secundum Edit. LXX Intt. ex Tetraplis desumptam ex Cod. Syro-Estranghelo Biblioth. Ambros. Syriace edidit, Latine vertit, praefatione notisque crit. illustravit C. Bugatus. Mediolani* 1788.

praestitisset; sed Collegam, dum copias Britannorum (»*Olmes lentum opus*«) exspectaret, et interim alias res ageret, morte liberatum fuisse quum ab omni reliqua cura tum a praefandi negotio *). Videtur omnino Codex MS. quantum ad Psalmos pertinet optimae notae et bene conservatus. Lacunarum nihil deprehenditur praeterquam in Ps. 17, 6. ubi post ܘܫܡܥ ܡܪܝܐ ܡܢ ܗܝܟܠܐ, *et audivit dominus de templo* desiderantur quattuor fere haec vocabula *sancto suo vocem meam*, parte eius folii cultro abscissa, ut Editor in Adnotationibus monet. Nam ipse defectum punctis tantum significavit, non supplevit, omninoque sibi hanc legem imposuit, ut vel errores graphicos librarii retineret, monito tamen lectore: dignissimus ille etiam quod ad Psalmos attinet, magnis laudibus, quibus I. D. Michaëlis, Eichhornius et alii Danielis Editorem ornaverant. Στιχηρῶς exaratum esse illum Codicem MS. ex eo mihi coniicere videor, quod Editor singulorum στίχων initia indicavit apposita numeri nota minuscula, totam eorundem summam ipse Syrus singulis Psalmis praemisit, Psalmo quidem primo quindecim **), secundo septem et viginti, tertio septendecim et sic porro, fere ut est in nobilissimo Codice Graeco Alexandrino. Ex MSS. autem στιχηρῶς exaratis haud raro intelligitur, quomodo veteres in textu Graeco singula carminis membra con-

*) Natus est Cai. Bugatus Mediol. 1745., obiit 1816.

**) De-Rossi in *Specimine ineditae et hexapl. Bibliorum Vers. Syro-estranghelae etc.* Parmae 1788. fol. 6. *Ad marginem*, ait, *habetur hoc litterarum compendium* ܗܘ ܦܬ̄, *quo innuitur, Psalmum hunc* ܗܘ ܦܬܓܡ̈ܐ ܝܗ *sive* 15 *versus complecti, qui accurate hic* [στιχηρῶς scripti?] *distinguuntur.*

iunxerint vel disiunxerint, quae ratio saepe ab interpunctione Hebraici textus discrepat. Quantae vetustatis ille censeatur, ego nescio, neque ex charactere Estrangelo, quo antiquiores Codices Syro-biblicos exaratos esse monet De-Rossi, res liquido doceri potest: hoc verisimile puto, Graecum librum, quo Syrus est usus, litteris uncialibus scriptum fuisse talibus fere, quales nunc sunt in nobilissimis Alexandrino et Vaticano. Ponuntur passim in margine vocabula ex Graeco Codice Graecis transcripta characteribus. En! ΚΑΙ ΕΠΕΣΤΗΡΙΞΑΣ Ps. 37, 2. ΩΣΝΑΙΜ 39, 6. ΜΑΣΤΙΓΩΘΗΣΟΝΤΑΙ 72, 5. ΣΥΝΤΕΘΗΚΑΣ 72, 15. ΗΘΑΜ 73, 15. ΤΑΝΕΩΣ 77, 12. ΟΥ ΚΛΑΥΣΘΗΣΟΝΤΑΙ, item ΚΑΙ ΚΕΚΡΕΠΑΛΗΚΩΣ 77, 64. 65. ΤΗΣ ΝΟΜΗΣ ΣΟΥ 78, 13. ΜΟΝΙΟΣ 79, 13. ΧΙΛΙΑΔΑΣ 83, 10. ΜΝΗΣΘΗΣΟΜΑΙ 86, 4. ΣΚΝΙΠΕΣ 104, 31. ΤΑ ΕΛΕΗ ΑΥΤΟΥ, item, ΕΞΟΥΔΕΝΩΣΙΣ, ΠΤΩΧΕΙΑΣ 106, 8. 40. 41. ΤΟΠΑΖΙΟΝ 118, 127. ΕΤΕΚΤΕΝΟΝ 128, 3. et forsitan alia.

Syro-hexaplarem aliquoties hanc Versionem vocat Bugatus. Id recte fieri prima eius frons ostendit. Cadunt in eam, simulque ut satis probabiliter coniicitur, in Archetypum Graecum, quod Syro prae manibus fuit, omnes notae, quibus Codices hexaplares dignoscuntur ab aliis. Habentur in margine interpretationes Aquilae, Symmachi, Theodotionis aliorumque, non adeo copiosae illae aut incognitae, ut inde multum emolumenti ad nos redeat, nec tamen indignae, quae ad augenda et emaculanda Hexaplorum fragmenta olim a novo Editore operis Montfauconiani diligenter adhibeantur. Reperiuntur item in margine, sed raro, variae lectiones

ex Graeco Codice transcriptae et Syriace conversae. Fit etiam in uno alterove loco mentio Hebraei. Sic Ps. 8, 5. *παρ' ἀγγέλους*, ܡܢ ܡܠܐܟܐ, additur in margine, Tres (h. e. Aquilam, Symmachum et Theodotionem) habere *et imminues eum paullulum a deo* ܡܢ ܐܠܗܐ, Hebraeum ܡܢ ܐܠܗܝܡ. Sic Ps. 107, 9. ad *ὑπετάγησαν*, ܐܫܬܥܒܕܘ in margine monetur, ܠܗܘܢ ܗܘܘ ܪ̈ܚܡܐ. h. e. Hebraeum habere *facti sunt amici.* Inveniuntur praeterea ad Psalmorum titulos aliquot ut Ps. 32. 93. 94. 98. haec vel simillimae potestatis verba ܕܠܝܬ ܠܗ ܪܘܫܡܐ ܠܘܬ ܥܒܪ̈ܝܐ *cui non est inscriptio apud Hebraeos*, iuxta illud Graecorum MSS. plurimorum *ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις*. Haec omnia significant hexaplarem indolem. At in ipso textu exspectationem meam egregie fefellit mira paucitas signorum criticorum *), quibus Origenem scimus textum Graecum distinxisse, quo indicaret, ubi Graecus Hebraeo comparatus vel mutilus ab ipso censeretur et aliunde supplendus, vel nimius et supervacaneis oneratus additamentis. Primus Obelus cernitur Ps. 9, 5. ad vocem extremam ܠܥܠܡܝܢ... ubi Graecus *εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος*. Primus vero Asteriscus Ps. 17, 12. ad verba ܒܪܕܐ ܘܓܘܡܪ̈ܐ ܕܢܘܪܐ h. e. *χάλαζα καὶ ἄνθρακες πυρός*, et is quidem plane alienam occupans sedem. Tales in signis criticis perturbationes, ut id statim hic addam, alibi quoque deprehenduntur **), et

*) His, quae de paucitate signorum crit. dixi et dicere debui, non omnino videntur congruere, quae passim habet De-Rossi l. l.

**) Complura exempla signorum criticorum in libro Iobi negligentius positorum, nominatim Obeli ita collocati, ut incertum

passim a Bugato recte indicantur, adeo ut et Syrus confirmet Hieronymi ac tot aliorum querelas de Obeliscis et Asteriscis modo temere omissis, modo praepostere locatis. Quare quisquis in animum induxerit, huius Psalterii hexaplaris ope fieri posse, ut Psalmorum textum Grabianum etiam magis et verius hexaplarem reddat, h. e. nimis iam distinctum criticis signis alienisque variegatum laciniis denuo novis assumentis versicoloribus exornet, is maiorem in modum se deceptum sentiet. Haec de Codice MS. Mediolanensi, quatenus res ex impresso cognosci potest ac iudicari.

Transeo ad indolem ipsius Syriacae Versionis de Graeco textu factae. Ad criticum quidem usum tanto maioris facienda est translatio antiqua, quanto ei plus inest fidei ac diligentiae. Non solum ut satis doctus satisque gnarus utriusque linguae fuerit interpres postulamus, verum etiam ut sincerus, fidus in exponendis auctoris sui sententiis, religiosus: et ut semetipsum veluti oblitus scriptorem in omnibus ac singulis talem nobis exhibeat, qualis ipsi repraesentabatur, ac proinde ut ei nihil alieni affingat, nihil proprii demat, dictionisque colores quoad eius fieri potest, vivos eminentesque servet. Haec omnia tamen, ut leges linguae imitatricis non aperte violentur. Hinc acceptiores Critico sunt translationes presse ad verbum factae, etiamsi a sensu nonnunquam aberrent, quam liberiores interpretationes aut paraphrases licet alio nomine et in suo genere praestantissimae.

Iam quod ad Syrum nostrum attinet, levis inspe-

---

sit, quousque pertineat, notavit H. Middeldorpf l. l. p. 1. 4. 35. 49. cet.

ctio unius aut alterius Psalmi ostendit, eum satis Graece doctum suoque muneri parem fuisse, nisi forte eum calumniari velimus, quod unum alterumve verbum Graecum compositum aut rarum minus recte acceperit. Fides hominis tanta est, ut nihil desideres. Videmus, quod plerique interpretes Alexandrini et nominatim Psalmorum translator Graecus in reddendo textu Hebraico facere consueverunt, idem Syrum facere in reddendo Graeco, *ut verbum de verbo reddat, utque voces lectoribus potius annumeret, quam appendat.* Latinos litterarum SS. interpretes vetustos id facere summa religione, notissima res est. In Orientalibus versionibus id ob ipsarum linguarum naturam, sicubi Graeca reddi debent, peraeque fieri non potuit. In Psalmis quidem, quod ad verborum enumerationem attinet, primus locus haud dubie Latinis assignandus est, tertius Aethiopi, quartus Arabi, secundus Syro nostro. Exempla. Maluit ille *τὸν χριστὸν αὐτοῦ, τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, τὸν ζυγὸν αὐτῶν, τὴν κληρονομίαν σου, τὴν κατάσχεσίν σου, τὸν θυμὸν αὐτοῦ* Graeco textui obsecundans duobus vocabulis exprimere ܡܫܝܚܐ ܕܝܠܗ, ܐܘܚܕܢܐ ܕܝܠܟ, ܐܣܘܪ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ, ܢܝܪܐ ܕܝܠܗܘܢ, ܝܘܪܬܢܐ ܕܝܠܟ, ܚܡܬܐ ܕܝܠܗ, quam, ut fert Syrorum consuetudo, suffixis pronominibus, ܐܣܘܪ̈ܝܗܘܢ, ܢܝܪܗܘܢ, ܡܫܝܚܗ et sic porro. Tolerabile quidem id fuit Syrorum auribus, sed non magis gratum fuit, quam si quis Graecis auribus crebro et temere occineret *ὁ χριστὸς ὁ ἐμός, ἡ κληρονομία ἡ σή, ὁ πατὴρ ὁ ἡμέτερος* pro simplicioribus *ὁ χριστός μου* cet. *). Nihilo minus languidum hoc

*) Cf. Frid. Uhlemann Elementarlehre der syr. Sprache p. 141 et alibi.

genus loquendi ille retinet, quamvis inconstanter, non solum in nominibus sed passim in verbis quoque, per totum Psalterium. Multa brevius et nervosius exprimere poterat, si vocabulorum numerum minus scrupulose curabat, qualia sunt Ps. 2, 7. υἱός μου εἶ σύ, ܒܪܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܝܟ ܐܢܬ, Ps. 15, 2. κύριός μου εἶ σύ, ܡܪܝܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܝܟ ܐܢܬ, Ps. 88, 26. πατήρ μου εἶ σύ, ܐܒܐ ܕܝܠܝ ܐܝܬܝܟ ܐܢܬ, cuiusmodi exempla cur magno numero hic congeram, nulla causa est. Mireris viri diligentiam in distinguendis et suo quamque loco ponendis voculis καὶ et δέ, similibusque: καὶ γάρ illi est ܐܦ ܓܝܪ non uno alterove loco, sed constantissime, ut exceptiones vix ac ne vix quidem inveniantur, nisi quum variant MSS. Graeci. Ps. 8, 7. ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, ܬܘܒ ܕܝܢ ܘܩܢܝܢܐ ܕܚܩܠܐ, (legendum ܘܩܢܝ̈ܢܐ, *) sed Bugatus etiam ab uno puncto addendo abstinuit, ut ipse profitetur ad ܐܘܪܚܐ ܕܙܕܝ̈ܩܐ Ps. 1, 6. ubi Graeci ὁδὸν δικαίων); Ps. 15, 9: ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου ܬܘܒ ܕܝܢ ܘܒܣܪܐ ܕܝܠܝ; Ps. 47, 10: οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου ܗܟܢܐ ܘܬܫܒܘܚܬܟ, et sic alibi. Adde Graecum ἀλλ' ἤ, quod Syrus per pleonasmum vertit ܐܠܐ ܐܢ Ps. 1, 2. 4. 132, 1. Non absimile genus pleonasmi in exprimendo relativo Ps. 1, 1: ὅς οὐκ ἐπορεύθη ܗܘ ܕܠܐ ܐܙܠ, ib. vs. 3: ὅ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ܗܘ ܕܦܐܪܐ ܕܝܠܗ ܢܬܠ, ib. vs. 4: ὃν ἐκρίπτει ἄνεμος ܗܘ ܕܡܕܪܐ ܪܘܚܐ, cuiusmodi exemplis plena sunt omnia. Geminat ille passim idem verbum Syriacum pro duobus Graecis, ne a numero vocum sit disceden-

---

*) Cf. tamen Uhlemann l. l. p. 107, monens ille, ܩܢܝܢܐ nonnisi ab Georg. Amira (Grammat. Syr. etc. Romae 1596. 4.) punctis Ribbui insigniri.

dum. Sic Ps. 104, 2: Ἄσατε αὐτῷ καὶ ψάλατε αὐτῷ ܫܒܚܘ ܠܗ ܘܙܡܪܘ ܠܗ, similiterque 20, 13. 56, 7. In distinguendis nominibus divinis κύριος et θεός, quamquam in ea re ob magnam MSS. Graecorum fluctuationem iudicium fallax est, Syrus diligentia et ἀκριβείᾳ non cedit Aethiopi et Arabi, quum apud Latinos permutatio vocum *Dei* et *Domini* tam frequens sit, ut soli raro testimonium dicant idoneum. Ordinem verborum quanto studio Syrus retineat, scire nostra refert in locis haud paucis, ut Ps. 9, 6: Τοῦ ἐχθροῦ ἐξέλιπον αἱ ῥομφεῖαι εἰς τέλος, ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܐܫܬܠܡܘ ܣܝ̈ܦܐ ܠܓܡܪ, item vs. 12: ὅτι ἐκζητῶν (al. ὅτι ὁ ἐκζητῶν) τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη, ܡܛܠ ܕܗܘ ܕܡܬܒܥ ܕܡ̈ܐ ܕܝܠܗܘܢ ܐܬܕܟܪ, quasi τὰ αἵματα αὐτῶν iungenda essent, invito Graeco, qui iunxit iungique voluit αὐτῶν ἐμνήσθη, sed dicere noluit ἐμνήσθη αὐτῶν, ne ab ordine verborum Hebraicorum deflecteret. Item Ps. 40, 12: Ἐμοῦ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν [addunt μου XV MSS. Graeci] ἀντελάβου, ܠܝ ܕܝܢ ܡܛܠ ܬܡܝܡܘܬܝ ܣܡܟܬܢܝ. Ps. 30, 23: καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν, ܘܦܪܥ ܠܐܝܠܝܢ ܕܥܒܕܝܢ ܒܝܬܝܪ ܫܘܒܗܪܬܐ, in quo loco Schleusnerus proposuit καὶ ἀνταποδίδωσι περισσῶς τοῖς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν, quod sane speciosum est, antiquis tamen testibus, excepto uno Vulgato, receptum verborum ordinem satis tuentibus magno consensu. Ps. 70, 6: σύ μου εἶ σκεπαστής, ܐܢܬ ܕܝܠܝ ܐܠܗܝ ܡܥܕܪܢܐ. Ps. 90, 6: Ἀπὸ πράγματος διαπορευομένου ἐν σκότει recepta, sed Syrus ܡܢ ܣܘܥܪܢܐ ܕܒܚܫܘܟܐ ܡܗܠܟ, h. e. Ἀπὸ πρ. ἐν σκότει (vel τοῦ ἐν σκότει) διαπορευομένου, quod non fortunae adscribendum est, sed variae lectioni, ut XC fere Codices Holmesiani testantur. Sunt

quidem exempla mutati verborum ordinis, ut Ps. 45, 4: Τοῦ ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα ܕܢܗܪܐ ܫܦܥܘܗܝ, sed rariora, quam in Peschito. Haec passim in Psalmis *) ab ordine Hebr. deflectit Ps. 1, 1. 14, 2. 72, 1. et alibi, ubi Alexandrina Versio cum pedissequis suis eum servavit.

Quod ad Graecae linguae declinationem et coniugationem attinet, in aprico est, Syrum, ut Aethiopem et Arabem, in testimonio de Graeca lectione dicendo longe inferiorem esse Latinis. Sed id ille agit, ut ad archetypum suum quam proxime accedat. Non fortunae, ut paucis exemplis defungar, tribuendum est, si in Psalmorum titulis rarius legimus ܕܕܘܝܕ quam ܠܕܘܝܕ, nam in Graecis quoque rarius est τοῦ Δαυίδ, quam τῷ Δαυίδ, quod Latinis *ipsi David.* Sed hoc leve est, nec satis certum. Certiora genitivi accurate expressi exempla in ipso textu deprehenduntur, eaque innumera. Memorabile illud Ps. 28, 5: Φωνὴ κυρίου συντρίβοντος κέδρους, ܩܠܗ ܕܡܪܝܐ ܕܬܒܪ ܐܪ̈ܙܐ, et mox eodem modo διακόπτοντος, συσσείοντος, καταρτιζομένου, in quo loco mireris, quid sit, quod unus tantum MS. Holmesianus isque de grege, offerat συντρίβουσα, διακόπτουσα, συσσείουσα, longe plurimi (plus quam XC,) Codices habeant καταρτιζομένη pro καταρτιζομένου, ܕܡܬܩܢ ut recte Syrus. Dativum ut ab accusativo distingueret accurate, fieri non potuit. Hoc observatu dignum, in eiusmodi locis, ubi dativo Graeco comparabilis est Latinorum ablativus, τῇ φωνῇ, τῇ χειρί, τῷ στόματι, δυνάμει πολλῇ, ab Syro praepositionem praemitti ut plurimum, (non Ps. 3, 4: Φωνῇ

---

*) Multo frequentius id fit in N. T.

μου πρὸς κύριον ἐκέκραξα, ubi est ܩܠܐ ܕܝܠܝ ܠܘܬ ܡܪܝܐ · ܩܥܝܬ) paulo secus atque Aethiops, qui in talibus locis *φωνῇ μου* et similia absque praepositione reddere solet, ut bene observavit Iobus Ludolfus. In numeris quoque Graeci textus, singulari aut plurali, scrupulose exprimendis Syrus vix cedit Latinis, ut docent multa exempla, ubi non tantum pronuntiatione et punctatione, sed et ipsis litteris pluralis a singulari discrepat.

Tempora verbi Graeci quomodo a Syro reddantur, vix opus est ut moneam. Respondent praeteritum praeterito, futurum futuro, praesenti vero participium Syriacum, addito, praeterquam in tertia persona singularis, pronomine personali; satis congruenter haec omnia Aramaeorum usui loquendi *). Ergo *λέγουσι* est ܐܡܪܝܢ Ps. 3, 3. *λέγετε* ܐܡܪܝܢ ܐܢܬܘܢ 4, 4. *λέγω ἐγὼ* ܐܡܪ ܐܢܐ ܐܢܐ 44, 1. Sic tantum non ubique locorum. Participium Graecum plerumque per periphrasin exponitur, ut *λέγων* ܟܕ ܐܡܪ, 104, 11. *λέγοντες* ܟܕ ܐܡܪܝܢ, 70, 11. Item *οἱ λέγοντες* ܐܝܠܝܢ ܕܐܡܪܝܢ, 39, 15. 69, 4. Sic *ἀνάγων* ܟܕ ܡܣܩ 134, 7 et mox *ὁ ἐξάγων* ܗܘ ܕܡܦܩ. Ps. 135, 4 *τῷ ποιήσαντι* ܠܗܘ ܕܥܒܕ, mox *τῷ στερεώσαντι* ܠܗܘ ܕܩܒܥ, *τῷ καταδιελόντι* ܠܗܘ ܕܦܠܓ cet.

Imperfecta Graecorum Syrus ut plurimum accurate distinguit ab aliis temporibus, et hoc quoque nomine propius ad Latinorum diligentiam accedit. Praesto sunt exempla. Ps. 49, 18 sqq. *ἐθεώρεις*, *συνέτρεχες*,

---

*) Cf. Vater Handbuch der Hebr. Syr. Chald. und Arab. Gramm. p. 232 et alibi. Winer Gramm. des bibl. und targum Chaldaismus etc. p. 100 et alibi. Uhlemann Elementarlehre der syrischen Sprache p. 168 sqq.

ἐτίθεις, ܣܐܡ ܗܘܝܬ, ܝܗܒ ܗܘܝܬ, ܚܙܐ ܗܘܝܬ cet. In Psalmo 68, 4 ἃ οὐχ ἥρπασα, τότε ἀπετίννυον Syrus accurate exponit ܗܠܝܢ ܕܠܐ ܚܛܦܬ ܗܝܕܝܢ ܦܪܥ ܗܘܝܬ et perquam credibile est, ab eo non lectum ἃ οὐχ ἥρπαζον, ut rectius est in C fere MSS. Holm. Compl. Ald. In loco eiusdem constructionis Ps. 34, 11 ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, ἐπηρώτων με Syrus itidem exacte: ܐܝܠܝܢ ܕܠܐ ܝܕܥ ܗܘܝܬ ܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ ܠܝ. Ps. 142, 5 ἐμελέτησα et paucis interiectis ἐμελέτων recte Syrus primum ܐܬܗܓܝܬ, sed mox ܗܘܝܬ ܡܬܗܓܐ. Docent haec exempla, quae facile augeri possent, etiam in his temporum verbi Graeci formis Syro testimonium, certe secundi ordinis, concedendum esse.

Futuro suo Syrus, ut dixi, pro futuro Graeco constanter utitur, nec opus est exemplis, nisi forsitan talibus, quae aliquam cautionem habeant. In ܢܩܘܐ et ܡܩܘܐ hoc tantum apparet (nisi apud ipsum vitium est in facillima permutatione sonorum *n'qavê* et *mqavé*) quomodo ille ΔΙΑΜΕΝΕΙ pronuntiaverit, διαμενεῖ an διαμένει: utrum sit ipsorum LXX, neque ex MSS. Graecis neque ex versione aliqua certo perspicitur; sed ex more vertendi aestimari debet. At Ps. 49, 7 Syrus haud dubie receptam διαμαρτύρομαί σοι expressit, ܡܣܗܕ ܐܢܐ ܠܟ, sed 80, 8 ubi idem in Graeco, Syrus exposuit ܐܣܗܕܟ h. e. διαμαρτυροῦμαί σοι. In utroque autem loco ipsorum LXX consuetudo postulat διαμαρτυροῦμαί σοι, quantumvis maior MSS. Graecorum numerus praesens suppeditet.

Quod ad *modos* verbi Graeci attinet, facile intelligitur, *coniunctivum*, *optativum*, et in persona tertia etiam *imperativum* a Syro vix aliter exprimi potuisse, quam per *futurum*, adeo ut ille prorsus nihil respon-

deat, sicubi quaeritur, utrum in Graeco invenerit ποιήσει an ποιήσῃ, itemque αἰσχυνθείησαν, ταραχθείησαν, ἐπιστραφείησαν, an αἰσχυνθήτωσαν, ταραχθήτωσαν, ἐπιστραφήτωσαν et quae sunt similia. Infinitivus raro per circumlocutionem *) exponitur, sed satis constanter per usitatam apud Syros formam peculiarem.

Sufficiunt haec pro consilio meo. Docent enim, Syrum etiam in rebus, quae leviores censeri possint, esse testem satis fidum, et cum fructu ad crisin adhiberi. *Formas* autem linguae Graecae ut in versione qualicunque interpres ubique repraesentet, quis est qui postulet? Manet, ubi de subtilioribus Graeci sermonis legibus agitur, principatus testimoniorum penes optimos MSS. Graecos.

Non poenitebit, etiam *materiale* vocabulorum Graecorum, quod dicere solemus, considerare, ut ab hac quoque parte illustretur Syri interpretis cura ac diligentia. Sicut LXX Hebraica verba vertere solent *etymologice* verbis Graecis, ita Syrus Graeca Syriacis. Exempla aliquot afferam promiscue. Raro illi ἡ οἰκουμένη est ܬܒܝܠ, plerumque ܡܬܥܡܪܢܝܬܐ ut Apoc. 3, 10. Raro ἀνομία ܥܘܠܐ, plerumque ܢܡܘܣܘܬܐ ܠܐ qu. d. *non-legalitas.* Per circumlocutionem exponit παράνομον et eius coniugata, ut Ps. 35, 1: Φησὶν ὁ παράνομος, ܐܡܪ ܒܗ ܕܠܐ ܢܡܘܣܐ, similiterque Ps. 36, 7 ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίαν et alibi. Item 40, 8 Λόγον παράνομον, ܡܠܬܐ ܕܒܗ ܡܢ ܢܡܘܣܐ. Sed 74, 4: Εἶπα τοῖς παρανομοῦσι, μὴ

*) Vater l. l. p. 243. Winer l. l. p. 98. Uhlemann l. l. p. 167.

παρανομεῖν Syrus ita reddidit ܐܦܢܝ ܠܡܥܒܪ ܥܠ ܢܡܘܣܐ ܠܐ ܬܥܒܪܘܢ variandi gratia, simul subindicans, se non infinitivum *παρανομεῖν* legisse, sed aliud, nempe *μὴ παρανομεῖτε* quod est in C fere Codd. (nominatim in Veronensi apud Blanchinum) Compl. Ald. apud Cyrillum Alex. Theodoretum; et a Grabio recte receptum. Ps. 30, 20 *ἀπὸ ἀντιλογίας γλωσσῶν* exponitur ܡܢ ܚܪܝܢܐ ܕܠܫܢܐ satis bene, sed scrupulosius alibi, 18, 43 *ἐξ ἀντιλογιῶν λαοῦ* ܡܢ ܡܣܩܒܠܢܘܬܐ ܡܣܩܒܠܬܐ ܕܥܡܐ. Vocabulorum compositorum vim omnino pro viribus exprimit, ut *εὐκαιρίαν*, *ὀλιγοψυχίαν*, *μεγαλοπρέπειαν*, *σκοτομήνην* cet. *). In Ps. 11, 8 a vero aberrat Syrus, Graecis *ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων* haec substituens ܐܣܓܝܬ ܙܒ̈ܢܐ ܕܒ̈ܢܝܐ ܕܐܢܫܐ *multiplicasti tempora filiorum hominis*, itemque 137, 3. Nam *ὥρα ἡ φροντίς*, *καὶ ὥςπερ ὀλιγωρία τὸ μὴ φροντίσαι*, *οὕτω πολυωρία τὸ ἄγαν φροντίσαι*, ut habetur in Scholiis Graecis. Paulo aliter Ps. 118, 147 *Προέφθασα ἐν ἀωρίᾳ* ܩܕܡܬ ܒܠܐ ܡܬܚܙܝܢܘܬܐ, *praeveni in invisibilitate*, adiecto hoc Scholio marginali ܗܘ ܕܠܐ ܒܥܕܢܗ. Sed ne ab his quidem plane abest studium *ἀκριβείας* in vertendo. Id porro observatur in expressis verbis nonnullis per praepositionem compositis, qualia sunt Ps. 27, 3: *Μὴ συνελκύσῃς .. μὴ συναπολέσῃς με*, ܠܐ ܬܢܓܕܝܢܝ ܐܟܚܕܐ .. ܠܐ ܐܟܚܕܐ ܬܘܒܕܢܝ .. Ps. 28, 8: *Φωνὴ κυρίου συσσείοντος ἔρημον*, *συσσείσει κύριος τὴν ἔρημον Κάδης*, ܩܠܗ ܕܡܪܝܐ ܕܡܙܝܥ ܐܟܚܕܐ

---

*) Cf. Uhlemann p. 225, aliquot exemplis propositis ostendens, quomodo *nomina composita* Graecorum Syriace transferri soleant.

ܡܒܪܢܐ. ܘܢܣܒ ܐܚܪܢܐ ܡܕܝܢܐ ܡܥܡܪܐ ܕܥܒܕ, in quo loco duplex illud ܐܚܪܢܐ tantum non ineptum est. Tolerabilius Ps. 93, 20: Μὴ συμπροσέσται σοι θρόνος ἀνομίας; ܠܐ ܐܚܪܢܐ ܢܗܘܐ ܠܟ ܟܘܪܣܝܐ ܕܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ Ps. 71, 16: ὑπεραρθήσεται ὑπὲρ τὸν Λίβανον ὁ καρπὸς αὐτοῦ, ܡܢܝܢ ܢܬܬܥܠܐ ܛܒ ܡܢ ܠܒܢܢ ܦܐܪܐ ܕܝܠܗ. Adde Ps. 75, 7: καὶ τίς ἀντιστήσεταί σοι ܘܡܢܘ ܢܩܘܡ ܠܘܩܒܠ ܢܩܘܡ ܠܟ cet. Sed in hoc quoque genere facile intelligitur, Syro suae linguae indolem non permisisse, ut ad archetypum Graecum eadem appropinquatione accederet, qua Latini id et facere potuerunt et plerumque fecerunt. Possent haec omnia augeri, amplificari, ad maiorem etiam subtilitatem revocari, si res tanti censeretur: mihi haec sufficiunt, ut lectoribus probem, Syrum illum tanta diligentia ac fide perfunctum esse negotio suo, ut hac Versione iure meritoque utamur in fontibus variarum lectionum, quibus textus Graecus castigetur.

Hoc ipsum tamen nonneminem mirari video. Quid, inquit, lucri ad restituendam τὴν Κοινήν, eamque nativam et incorruptam, ex Psalterio Syriaco, quod *hexaplare* est, et ex *hexaplari* ductum libro Graeco? Nonne unus Codex Graecus, qui sit *non hexaplaris*, istiusmodi praesidiis hexaplaribus omnibus immensum quantum praestat?

His ut plane respondeam necessarium est: neque enim hactenus de textus a Syro expressi *antiquitate*, *bonitate*, *puritate* quicquam dixi.

Teneant igitur lectores mei et mihi credant, librum qui puram putam Κοινὴν in Psalmis repraesentet, inventum esse nullum, nec auro redimi posse videri, sed MSS. Graecos, Versiones etiam et reliquos testes

ad unum omnes esse *hexaplares*, vel ut rem laxius significem, ad unum omnes esse infectos *interpolationibus*, *omissionibus*, *transpositionibus* et aliis eiusmodi *correctionibus* veterum διασκευαστῶν aut διορθωτῶν, quarum aliae textui primigenio profuerunt, aliae eaeque plures obfuerunt. Adeo de Psalmis verum est, quod Hieronymus in Ep. ad Augustinum (Ep. 74 Edit. Martianaei) non sine aliqua cavillatione scripsit. *Vis*, inquit, *amator esse verus LXX Interpretum? non legas ea, quae sub Asteriscis sunt; imo rade de voluminibus, ut veterum te fautorem probes. Quod si feceris, omnium ecclesiarum bibliothecas damnare cogeris. Vix enim unus aut alter inveniatur liber, qui ista non habeat.* Sic ille ante haec XIV. fere saecula. Nos igitur ὀψιμαθεῖς nonne desperabimus de restituenda Κοινῇ? Absit. Nemo enim credere debet, testes illos omnes aequo intervallo abesse a nativa puritate primigenii textus. Sunt sane omnes hexaplares, certe adventiciis infecti verbis ac locutionibus, nec tamen omnes eadem ratione, non omnes iisdem locis, sed alii plus alii minus, et varii variis modis: constantia et perpetuitas correctionum tantum non ab omnibus longissime absunt.

Quem igitur locum, quam dignitatem inter testes obtinet Syrus de quo hic agitur, si textus bonitas et puritas spectetur? Dicam breviter, quid mihi re diu multumque a variis partibus considerata visum fuerit Graecorum MSS. omnium facile princeps est (de Psalmis loquor) celebratissimus ille Vaticanus, idemque etiam omnium testium princeps: secundum fere ab eo locum tenet, quamquam aliquo intervallo, Codex Veronensis apud Blanchinum, si textus bonitas in universum spectetur, tametsi postponendus ille alio respectu

multis MSS. Graecis Holmesianis: tertium Alexandrinus, alio nomine praeferendus Veronensi. Huius Alexandrini textui in universum magnopere praevalent Versiones, imprimis Latina et Aethiopica, sed et Arabica et ipsa quoque Syriaca, cuius causam nunc ago. His testibus aliquanto inferior est magnus grex MSS. Holmesianorum, quamquam in horum nonnullis dotes haud spernendae deprehenduntur. Quae quum ita sint, Psalterium Syriacum Mediolanense omnino utilissimum censeri debet in critica tractatione LXX Intt., nam auctus numerus testium eorumque bonorum in lucro deputandus est non magis in publico et forensi iudicio, quam in documentorum antiquorum instituenda exploratione. Quodsi facta collatione comperi, *lectionum plane novarum et singularium*, h. e. talium, quae in reliqua materie critica non inveniantur, apud Syrum vix unum alterumve exemplum aut vestigium esse, tamen non sine aliqua voluptate me multis in locis ab eo adiutum aut confirmatum, quandoque etiam in aliam viam deductum vidi, ubi antea haesitaveram, aut sententiam decretoriam ferre ausus non fueram. Horum omnium quae cummaxime dixi, plenam fidem hac scriptione facere non possum, sed rem seriam serio a me actam ostendere conabor propositis aliquot ex illo Psalterio Syriaco speciminibus *), additoque post interrogatos testes iudicio.

*) Psalmum primum videre licet in De-Rossi Specim. laudato, et *Repertorii Eichhorniani* Tom. III.

CAP. II.

Specimina lectionum memorabilium.

Initium capiam a Ps. XIII eumque integrum hic ponam, non tantum numeris *στίχους* indicaturus, ut fecit **Bugatus**, sed ipsum *στιχηρῶς* exhibiturus.

. ܝܓ .

. ܩ̈ܠ ܗܘ .

ܠܫܘܠܡܐ ܡܙܡܘܪܐ ܠܕܘܝܕ. [a]

ܐܡܪ ܣܟܠܐ ܒܠܒܗ ܠܐ ܐܝܬ ܐܠܗܐ. [b]

ܐܬܚܒܠܘ [c] ܘܐܣܬܠܝܘ ܒܨ̈ܒܝܢܐ.

ܠܐ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܒܣܝܡܘܬܐ.

ܡܪܝܐ ܡܢ ܫܡܝܐ [d] ܐܕܝܩ ܥܠ ܒ̈ܢܝܗܘܢ ܕܐ̈ܢܫܐ.

ܠܡܚܙܐ ܐܢ ܐܝܬ ܕܡܣܬܟܠ ܐܘ ܕܒܥܐ ܠܐܠܗܐ. 5

ܟܠܗܘܢ ܣܛܘ ܐܟܚܕܐ ܗܘܘ ܠܐ ܡܚ̈ܫܚܐ.

ܠܐ ܐܝܬ ܕܥܒܕ ܒܣܝܡܘܬܐ ܠܐ ܐܝܬ ܥܕܡܐ ܠܚܕ.

ܩܒܪܐ ܦܬܝܚܐ ܓܓܪܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.

---

a) ܐ. ܠܙܟܝ ܐܙܡܪܬܐ ܕܕܘܝܕ h. e, *Ἀκύλας· τῷ νικοποιῷ τοῦ Δαυίδ* ut fere est in Hexaplis Montf.

b) ܣܡ. ܐܚܫܒ h. e, Symmachus *reputavit.* (Nihil apud Montf.)

c) ܐ. ܐܣܝܘ ܡܣܬܠܝܢܘܬܐ h. e. Aq. *abominabilem fecerunt commutationem.* (Hujusmodi nihil apud Montf.)

d) ܐ. ܚܪ Aq. *intuitus est.* (His quoque caret Montf. Sed in aliis Psalmis multis Syrus pauciores habet interpretationes Aquilae, Symmachi aut reliquorum, quam Montf.)

ܒ̈ܠܫܢܐ ܕܝܠܗܘܢ ܢܟ̈ܠܝܢ ܗܘܘ.
ܚܡܬܐ ܕܐܣܦ̈ܣ ܬܚܝܬ ܣܦ̈ܘܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܗܢܘܢ ܕܦܘܡܗܘܢ ܠܘܛܬܐ ܘܡܪܪܬܐ ܡܠܐ.
ܩ̈ܠܝܠܢ ܪ̈ܓܠܐ ܕܝܠܗܘܢ ܠܡܐܫܕ ܕܡܐ.
ܫܚܩܐ ܘܕܘܘܢܐ ܒܐܘܪ̈ܚܬܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܘܐܘܪܚܐ ܕܫܠܡܐ ܠܐ ܝܕܥܘ.
ܠܐ ܐܝܬ ܕܚܠܬܗ ܕܐܠܗܐ ܩܕܡ ܥܝ̈ܢܐ ܕܝܠܗܘܢ.
ܠܐ ܝܕܥܘ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ ܕܦܠܚܝܢ ܠܐ ܢܡܘܣܘܬܐ.
ܐܟܠܝܢ ܕܐܟܠܝܢ ܠܥܡܐ ܕܝܠܝ ܒܡܐܟܘܠܬܐ *f* ܕܠܚܡܐ.
ܠܡܪܝܐ ܠܐ ܩܪܘ.
ܬܡܢ ܐܙܕܘܥܘ ܒܙܘܥܬܐ ܐܝܟܐ ܕܠܐ ܐܝܬ ܗܘܐ ܕܚܠܬܐ.
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܒܕܪܐ ܕܙܕ̈ܝܩܐ.
ܬܪܥܝܬܗ ܕܡܣܟܢܐ *g* ܡܒܗܬܝܢ ܐܢܬܘܢ.
ܡܪܝܐ ܕܝܢ ܣܒܪܐ ܕܝܠܗ ܐܝܬܘܗܝ.
ܡܢܘ ܢܬܠ ܡܢ ܨܗܝܘܢ ܦܘܪܩܢܐ ܠܐܝܣܪܝܠ.
ܡܐ ܕܡܗܦܟ ܡܪܝܐ ܫܒܝܬܐ ܕܥܡܐ ܕܝܠܗ.
ܢܪܘܙ ܝܥܩܘܒ ܘܢܚܕܐ ܐܝܣܪܝܠ.

In hoc specimine, missis levioris notae variantibus, unum attentione dignissimum arbitror, et vero miratus sum. Nimirum quod in hoc *hexaplari* Psalterio Syriaco comparent, et nullis notati signis criticis comparent *octo illi* στίχοι πολυθρύλλητοι, ne dicam famosi, a Τάφος usque ad τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν, quos

---

f) ܐ. ܗ. ܐܝܟ ܠܚܡܐ. ܣ. ܐܟܠܘ ܠܚܡܐ. h. e. Aquila, Quinta *sicut panem*, Symm. *comederunt panem*.

g) ܐ. ܐܒܗܬܬܘܢ. h. e. Aquila *confudistis*.

et in Hebraico textu nunc recepto, et in MSS. Graecis Holmesianis plurimis, itemque in Complut. Aldina, Grabiana, adde in Psalteriis Graecis seorsim editis *) frustra quaerimus. Consonat in ea pericopa Syrus cum reliquis Versionibus, Latinis, ne Vulgato quidem excepto, Arabica utriusque recensionis (Syro-Arab. et Copto-Arab.) et Aethiopica. Bugatus locum exili nota expedivit, quae nos nihil iuvat. *De hoc*, inquit, *additamento, quod in Vaticano Codice aliisque Graecis qui* Κοινὴν *sequuntur invenitur, vide Montfauconium, Flaminium Nobilium, Sabatierium ac De-Rossium etc.* Utinam Bugatus indicasset, *quos alios Graecos* innueret. Nam membranarum ex Holmesii mandato collatarum prope plena centuria locum illum non habet, restantque subductis rationibus vix octo MSS., in quibus ille reperitur, si tamen hoc ipsum recte colligitur ex eorum silentio saepe ambiguo, qui Codes contulerunt. *Vaticanum* autem Bugatus non MS. intelligere videtur, sed impressum. Quod ad MS. attinet, haud levem scrupulum nobis iniiciunt nonnulli Critici, qui contendunt, *tantum in margine eius* legi illos VIII *στίχους*, non in ipso contextu. Ita P. I. Bruns **). *Commata*, inquit, *sublestae fidei Ps. XIV adsunt tantum in margine Codicis Vatic. teste Montfauc. in Hexaplis.* Possemus hoc scrupulo facile liberari nova collatione vel inspectione nobilissimae membranae, sed ab Anglis eorumve adiutoribus ea facta non est, quoniam

*) Habetur illa pericopa Latine quidem et Arabice, sed non habetur Graece in *Psalterio octuplo Augustini Iustiniani*, quod prodiit Genuae 1516. Fol. min.

**) Kennicotti Diss. Gener. p. 204.

fatorum in Europa magnitudo etiam Codicem Vaticanum secum traxerat, huiusque varii casus collationem ad Psalmos usque continuari non siverant. Ego quidem aliquo pignore certare ausim, totam illam fabulam *de margine* ortam ex errore Montfauconii, qui notam in editione Romana Psalmo subiectam festinante oculo inspiciens putavit, in margine tantum exhiberi, quod pari modo in contextu repraesentatur. Non quasi negarem, ipsam membranam viro inclyto fuisse cognitam *), sed aliud est, MS. aliquem inspicere, percurrere, admirari, laudare, aliud totum per omnes partes diligenter conferre. Vix induci possum ut credam, Editores Romanos in ipso contextu posituros fuisse lectionem Vaticani Libri MS. *marginalem*, et talem quidem, qualis haec est, *lectore nihil monito;* quippe qui in rebus etiam levioribus nos solent certiores facere de scripturae diversitate in illo MS. observata, id quod unusquisque vel ex Bosiana intelligere potest. Brevi: habere putandus est MS. Vatic. illos octo *στίχους*, non in margine, sed in ipso textu, donec evictum fuerit contrarium. Habet item Psalterium Veronense Graeco-Latinum, cuius specimen hic exhibebo, nonnullis non ingratum futurum.

---

*) *Codex alius Bibliorum Graece, caractere unciali et rotundo, sine accentibus, quinti sextive saeculi est:* [quarti saeculi fere medii censet I. Leonh. Hug,] *etsi vero non paucos paris vetustatis Codices vidi, at non numeris suis et partibus* [?] *absolutos, ut iste Vaticanus est.* Haec ipse Montf. in Biblioth. Bibliothecarum p. 3. Vaticanam autem Bibliothecam *per duos et dimidium annos, quos Romae transegi, frequens adii,* ut idem ibidem loquitur.

Taphos aneogmenos o larynx auton	*Sepulcrum patens est guttur eorum;*
Tes glosses auton edoliusan	*linguis suis dolose agebant;*
Ios aspidon ypo ta chile auton	*venenum aspidum sub labiis eorum:*
An to stomat auton gemi ce picrias	*quorum os maledictionem et amaritudinem plenum est;*
Oxys y podes auton is ecce chiene to ema	*veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*
Syntrimma ce taleporia en tes odys auton,	*Contrito [?] et infelicitas in viis eorum;*
Ce odon irenes uc egnosan'	*et viam pacis non cognoverunt:*
Uc estin phobos Theu apenanti ton ophthalmon auton.	*non est timor dei ante oculos eorum.*

In hoc specimine obiter moneo, textum Latinum Codicis non exacte Graeco respondere, sed ut plurimum convenire cum Augustino. Quamquam in illa pericopa omnino consonant Psalteria Latina, nisi quod rectius habent *maledictione*, *amaritudine*, *contritio*.

Habet Pericopam de qua loquimur, etiam Iustinus Martyr, non totidem verbis, quot sunt in Edit. Romana, ut aliquis ex Kennicotti Dissert. Gener. l. l. colligat, sed aliquot tantum commata, eaque alio ordine, certe in Coloniensi Editione p. 244. Habent item, ut legitur in Scholio Sixtinae, Διόδωρος, καὶ Θεόδωρος, καὶ Κύριλλος, καὶ Δίδυμος, Τάφος ἀνεῳγμένος . . . . . ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. ἐν δὲ τῷ Ἑξαπλῷ ταῦτα οὐχ εὕρηται. Sed his Patrum testi-

moniis varias ob causas magnum pondus non inest. Excitat locum etiam Cyprianus Lib. de zelo et timore, sed ex apostolo. Maioris momenti est Apollinarius, quem ad examen vocabo non solum huius pericopae gratia, sed ut in transcursu lectores mei, si velint, de Metaphraseos usu critico in Psalmorum textu castigando coniecturam capiant. Caret qnidem Editio Parisina 1580 itemque Fr. Sylburgii Heidelb. 1596 illis octo commatibus in contextu, sed quoniam ad calcem utriusque libri *ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ* inventa dicuntur, suo loco inseram. Iudicabunt lectores, an sint alieni coloris.

Ψαλμὸς ιγ'.

Δαυίδου σθεναροῦ τρισκαιδέκατος πέλεν ὕμνος.

Οὐκ εἶναι θεὸν εἶπεν ἑοῖς ἐν στήθεσιν ἄφρων·
αἴσχεα τεκταίνων στυγερὸς καταφαίνεται ἔργοις·
ἐργατίνης οὐκ ἔστιν ἕως ἑνὸς εὐνομιάων.
Ποιμὴν οὐρανόθεν βρότεον σκοπιάσσατο φῦλον,
ὀψόμενος τίς ἄνακτα θεὸν διζήμενος εἴη.
Πάντες ἀποκλίναντες ὁμῇ δεδμήατο λώβῃ·
ἐργατίνης οὐκ ἔστιν ἕως ἑνὸς εὐνομιάων.
Λαυκανίην οἰχθέντι τάφῳ φορέουσιν ὁμοίην,
γλώσσῃς ἀργαλέῃσι δόλον περιμητιόωντες·
οὐλόμενον πέσσουσ' ὀφίων ὑπὸ χείλεσιν ἰόν·
ῥιγίστοιο πόνου καὶ ἀρῆς στόμα τῶνδε βέβυσται·
ὦκα πόδας θύνουσιν ἐπ' ἀνδροφόνοισι κελεύθοις·

λυσιμελὲς σφετέρῃσιν ὁδοῖς περιπέπταται ἄλγος,
οὐδέποτ' εἰρήνης λαθικηδέος εἶδον ἀταρπόν,
οὐδὲ φόβον κατέναντα θεουδέα θῆκαν ὀπωπῆς.
Τῶν δ' ἀγαθῶν ἀγνῶτες ἀεὶ συμφράδμονες ἄτης,
λαὸν ἐμὸν κατέδοντες, ὅπως εὐαλθέα σῖτον,
ἀφραδέως ἐλάθοντο θεὸν βασιλῆα λιτέσθαι·
δειμαίνεσκον ἄδην ὅτε δείματος οὐ χρέος ἦεν·
ὡς θεὸς ἐν μέσσῃσι δικαιοτάτῃσι γενέθλης.
Ἀκτεάνων μή μοι τὶς ἀτιμήσειε μερίμνας,
οὕνεκεν ἀθάνατος κείνων θεὸς ἐλπὶς ἐτύχθη.
Τίς πόροι ἐκ Σιῶνος ἐπίῤῥοθον Ἰσραήλου;
λαοῦ ὅταν στρέψειε θεὸς κατὰ δούλιον ἦμαρ,
τῆμος ἀγαλλέσθω περιώσιον Ἰσραῆλος.

Apparet vel ex hoc uno Psalmo, poetam cum insigni elegantia magnam coniungere diligentiam in sententiis Psalmographi fideliter reddendis, ita ut omnia evitet ἀλλότρια, quibus Patrum Psalmos tractantium libri sunt referti, omninoque sensum s. recte s. secus acceptum sic circumloquatur, ut arctis se finibus contineat. Sed obiter haec dicta sunto. Maioris iam negotii post interrogatos testes est illa quaestio, sitne pericopa Τάφος κτλ. verae et primigeniae Κοινῆς, h. e. ab ipsis LXX profecta, an a librariis temere adiecta.

Non potuit litteratores Christianorum antiquos latere locus Paulinus Rom. 3, 13. Hinc legitur in Graeco Scholio: οὐδαμοῦ κεῖνται τῶν ψαλμῶν (sc. οὗτοι οἱ στίχοι,) πόθεν δὲ ὁ Ἀπόστολος εἴληφεν αὐτοὺς ζητητέον. Haec tamen male quadrant ad testimonia su-

perius allata, quibus addere placet confessionem Hieronymi Praef. Libr XVI Comment. in Iesaiam ad Eustochium. Concedit ille invitus, suo aevo pericopam in multis Codicibus fuisse, non Latinis tantum, de quo nemo dubitare debet, sed et Graecis. Audiamus. *Cum anterioris libri praefatiunculam legeres, in qua asserui, Apostolos et Evangelistas ea tantum de LXX interpretibus, vel suis vel eorum verbis ponere testimonia, quae cum Hebraico consonarent; si qua autem ab aliis addita sunt, omnino negligere: illico mihi non parvam quaestiunculam detulisti, quod scilicet octo versus* [int. στίχους] *qui leguntur in ecclesiis et in Hebraico non habentur, tertii decimi Psalmi Apostolus usurpavit, scribens ad Romanos Sepulcrum patens . . . Quod cum audissem, quasi a fortissimo pugile percussus essem, coepi tacitus aestuare et stuporem mentis vultus pallore signare . . . Tandem in memet reversus . . . omnem Scripturam mente perlustrans animadverti, sicut omnis paene ad Romanos epistola de Veteri structa est Instrumento, sic et hoc testimonium de Psalmis et Isaia esse contextum: nam duo primi versus Sepulcrum . . Linguis . . quinti Psalmi sunt: illud autem quod sequitur Venenum . . CXXXIX Psalmi est. Rursumque quod dicitur Quorum os . , de nono Psalmo sumptum est. Tres autem versiculi* [al. *versiculos*] *qui sequuntur, Veloces . . Contritio . . Et viam . . in Isaia propheta reperi. Ultimus autem versus, id est octavus, Non est timor dei . . in XXXV Psalmi principio est. Nec in hoc cuiquam videatur esse diversum, si quod in suis locis numero dicitur singulari, ab Apostolo pluraliter dicatur, qui scribebat ad plurimos, et in unum sensum*

multa cogebat exempla. Arbitror solutam quaestionem tuam, et nostram regulam super translatione Vet. Instrumenti concussam magis esse quam motam; et non tam Apostolum de Psalmo XIII sumpsisse, quod in Hebraico non habetur, quam eos, qui artem contexendarum inter se Scripturarum Apostoli nesciebant, quaesisse aptum locum, ubi assumptum ab eo ponerent testimonium, quod absque auctoritate in Scriptura positum non putabant. Denique omnes Graeciae tractatores, qui nobis eruditionis suae in Psalmos commentarios reliquerunt, hos versiculos veru annotant atque praetereunt, liquido confitentes in Hebraico non haberi, nec esse in LXX Interpretibus [*nempe in textu hexaplari*] *sed in editione vulgata, quae Graece* Κοινὴ *dicitur et in toto orbe diversa est.* Haec ille. Debent autem in eius verbis probe discerni testimonium et iudicium. Testimonium ut antiquum, ingenuum, planum reveremur, iudicium tanti non facimus. Testimonium mirifice confirmat, quod ex superioribus colligebamus, illam pericopam fuisse τῆς Κοινῆς s. nativae ac primigeniae s. corruptae et interpolamentis oneratae.

Unde igitur octo στίχοι isti, quorum nec vola nec vestigium in Ps. 52? a Graecis librariis, qui locum ex Rom. 3, 13 huc temere traduxerunt, an ab ipsis LXX?

Videamus primum, librariis quantum tribui possit. Nimirum homines scioli, audaculi, male feriati Paulina verba τοῖς Ο' intulerunt: nam alibi quoque voces phrasesque N. T. ad locupletandum V. T. ab iisdem adscitae sunt. Ita iudicant praeeunte Hieronymo Hugo Grotius et nescio quot alii. Id fieri potuisse quis ne-

get? At obstant tot ac tam varii generis testes optimae notae, quorum auctoritas non enervatur levibus coniecturis: coniectura enim est, Paulum varia variorum librorum dicta contexuisse: coniectura est, de N. T. illa in Vetus traducta. Et centonis quidem speciem ista pericopa neque apud Paulum, neque in hoc Psalmi loco prae se fert. Solet Apostolus varia dicta V. T. copulare praemissa formula *καὶ πάλιν λέγει* aut alia simillima, Rom. 15, 10. 11. 12. I Cor. 3, 20. Concedimus sane, a librariis voces phrasesque ex N. T. in Vetus male traductas fuisse, sed hoc, sicubi fit, plerumque adiuncta habet traductionis indicia satis manifesta: nam raro fit, in uno alterove Codice fit, in uno alterove vocabulo fit aut in brevioribus locutionibus aut cum aliqua ordinis perturbatione; octo *στίχων* transvectio est exemplum sine exemplo. Imo sunt haud pauca loca, in quibus eiusmodi occasione aliquid vel ex N. T. vel ex aliis libris V. T. supplendi, mutandi, corrigendi, omittendi licet peropportune oblata vix ac ne vix quidem unum et alterum librarium uti videas; qualia animadvertere est Ps. 21, 1. 8. 32, 11. 33 tit. 39, 6..7. 40, 9. 68, 25. 77, 2. 90, 11. Quare haud incredibile est, causam omissionis illius pericopae in tot membranis Graecis vel ab Hieronymi auctoritate repetendam esse, vel certe in universum a studiis conformandi textus Graeci atque Hebraici, quae tantam omnino vim habuerunt, ut Psalterii Graeci Codices MSS., quorum notitia aetatem tulit, ad unum omnes, alii magis alii minus, infecti sint tam accessionibus quam omissionibus inde ab Origeniano aevo multorum comprobatis consensu.

At ipsorum LXX Interpretum fuit, illam perico-

pam pro lubitu intexere? Hoc vero alienissimum est a consuetudine eius, qui Psalmos transtulit. Satagit ille, quamquam nonnullis aliis doctior et Hebraicae linguae peritior, in reddendis utcunque vocibus Hebraicis, nec tantum otii habet, ut sententias undecunque conquirat suae Versioni temere assuendas. Mea quidem opinione, quae nemini pro lege est, VIII isti *στίχοι* omnino profecti sunt ab ipsa manu Graeci interpretis, idque credo, tum quod vetustissimis illis et optimis ex vario genere testimoniis fidem derogare vereor, tum quod in ipsis verbis nihil inest stilo Alexandrini hominis contrarium. Levius sane argumentum a stylo ductum in loco tantae brevitatis, sed non prorsus abiiciendum. Poterat Paulus, si varia loca V. T. contexere volebat, pro verbis *ὀξεῖς οἱ πόδες αὐτῶν ἐκχέαι αἷμα* etiam sic scribere: *οἱ πόδες αὐτῶν ἐπὶ πονηρίαν τρέχουσι, ταχινοὶ ἐκχέαι αἷμα*, ut est Ies. 59, 7; poterat unam alteramve locutionem adhibere in Psalterio Graeco insolitam vel inauditam; poterat unam alteramve sententiam sic enuntiare, ut esset parallelismo poetico plane contraria, cuiusmodi indiciis *χαρατηριστικοῖς* quantumvis levibus nobis via aperiretur demonstrandae *νοθείᾳ* totius pericopae in Psalmi tertii decimi textu, sed nihil tale hic est. Quicquid autem ab ipso Psalmorum translatore expressum est, idem illud, vel saltem quod ei utcunque responderet, haud dubie etiam in eius Hebraico Codice s. integro, s. mutilo, s. optimo s. pessimo exstitit, si excipias levissima additamenta *καί*, *δέ*, *ἤ*, *πᾶς*, de quibus utpote saepe incertis nemini litem movebo. Donec igitur *νοθεία* dicti loci evidenter demonstrata fuerit, ego me iis quantumvis paucis adiungam, qui pericopam totam a Paulo Apo-

stolo in Ps. 13 lectam, et in textu Hebraico antiquitus aut casu omissam, aut consilio resectam arbitrantur. Hebraico tamen Codici Kennicotti 649 nihil tribuo. Quod in eo habetur

מזל רע ופגע רע בדרכיהם

id plane abhorret a verbis Graecis *σύντριμμα καὶ ταλαιπωρία ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν*, quibus ex usu scriptorum sacrorum haec potius aut horum simillima respondent:

שר ושבר בדרכיהם

Quod reliquum est, hic locus cum aliis multis docet, Psalterium Syr. Mediolanense, utut iure meritoque *hexaplare* nominetur, tamen minus hexaplare esse, quam tot MSS. Graecos, qui habentur et dicuntur τῆς Κοινῆς.

Ps. 15, 8: *Προωρώμην τὸν κύριον ἐνώπιόν μου διαπαντός* bene a Syro redditur ܡܩܕܡ ܗܘܝܬ ܚܙܐ ܐܢܐ ܠܡܪܝܐ. ܩܕܡܝ ܒܟܠܙܒܢ. sed latet hic vitium, si quid video, omnibus testibus, etiam Luca Act. 2, 25 antiquius. Commendat consuetudo interpretis ex parallelis cognita locis, quod et Hebraeus facile admittit, *Προεθέμην κτλ.* ex quo in unciali scriptura, facile confusis Ε, Θ et Ο, primum fere factum est *προορομην* (sic duo MSS. Holm. alius *προαρωμην*, al. *πρὸ ὁρώμην*) deinde peracta scilicet correctione vulgatum *προωρώμην* *). Talia proponens non statim volo, ut quaelibet coniectura in textum recipiatur repugnantibus testibus omnibus: at aequitatis est, ut antiquos translatores a

*) Confusa saepe *ὅτι* et *ἔτι*, *ὁ ποιήσας* et *ἐποίησας* cet. Videat, cui vacat, Montf. Hex ad Ps. 50, 1. Frid. Iac. Bastii Commentat. palaeograph. ad Gregorium Corinthium Schaeferi p. 712 sqq.

culpa imperitiae, incuriae, negligentiae liberemus, sicubi id fieri potest probabili coniectura *).

Ps. 16, 14: *κύριε ἀ π ο λ ύ ω ν ἀπὸ τῆς γῆς* Syrus ita expressit ܡܳܪܝܳܐ ܟܰܕ ܡܰܘܒܶܕ ܐܢܬ ܡܢ ܐܪܥܐ, *domine quum perdis de terra*, quasi *ἀ π ο λ λ ύ ω ν* legisset. Neutra lectio Patribus Graecis aut Latinis prorsus incognita fuit. Est *ἀπολλύων*, itemque *ἀπολύων* (quod nescio an in ullo MS. Graeco hodie reperiatur, praeterquam in Vatic.) *τῆς* Κοινῆς, sed corruptae Κοινῆς. Suppeditant *ἀ π ὸ ὀ λ ί γ ω ν* vel *ἀ π' ὀ λ ί γ ω ν*, quod melius est, Codd. Alex. Veron. Holmesiani plerique omnes, Compl. Ald. et alii testes. Docet hoc exemplum, in Syro etiamsi hexaplaris audiat, tamen antiquissima vitia *τῆς* Κοινῆς superesse.

Ps. 17, 35: *καὶ ἡ π α ι δ ε ί α σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, καὶ ἡ π α ι δ ε ί α σου αὐτή με διδάξει*

---

*) Proxime ab his abfuit Marius Anton. Gisb. Vorstmann Commentarii in Ps. XVI Hagae Com. 1829 p. 80 sqq. sed Lucae auctoritas eum ut opinor retinuit, ne quod suboluerat, aperte pronuntiaret. At intactum relinquimus, quod Lucas scripsit: nos inde non vetamur, primigeniam in Psalmis scripturam etiam adhibitis coniecturis indagare. Accidit et alibi, ut apud LXX sit sollicitanda vulgata, in N. T. sollicitari non debeat. Lectionem receptam et testimoniorum nube confirmatam Ps. 33, 12: *ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀ γ α θ ά ς* aliquatenus sequitur locus I Petr. 3, 10 *ἰδεῖν ἡμέρας ἀ γ α θ ά ς*, sed nescio an LXX more consueto scripserint *ἀγαπῶν ἡμέρας, ἰδεῖν* (vel *τοῦ ἰδεῖν*) *ἀ γ α θ ά*. Hebr. 3, 10 legimus: *ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ* et sic Ps. 94, 10 consentientibus testimoniis: quoniam vero vocula *ἀ ε ὶ* et a textu Hebr. abhorret, et ab usu LXX Intt. in Psalmis alienissima est, haud inepte coniicias *εἰ πλανῶνται κτλ.* Hebr. 10, 5 haud dubie retinendum est *σ ῶ μ α*, etiamsi evidentissime ostenderetur, Ps. 39, 6 *ὦ τ α* fuisse scriptum. Hebr. 1, 12 sitne *ἑλίξεις* rectius an *ἀλλάξεις*, Criticus N. T. decernat: in Ps. 101, 26 ipsi LXX procul dubio scripsere *ἀλλάξεις*.

Syrus accurate reddit ܘܡܪܕܘܬܟ ܕܝܠܟ، ܬܠܦܢܢܝ ܠܫܘܡܠܝܐ. ܘܡܪܕܘܬܟ ܗܝ ܬܠܦܢܢܝ. Duas in textu Graeco coaluisse interpretationes unius membri Hebraici, pridem et recte observatum est, et occupavit ea *διττογραφία* omnes testes, exceptis aliquot Psalteriis Latinis apud Petrum Sabatier, sc. SGermanensi, Romano, Corbeiensi, Carnutensi, itemque Cassiodoro. Utra interpretatio sit τῆς Κοινῆς, Criticus nescio quis se scire profitetur in Scholio, quod habet Sixtina: Τὸ *καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει,* Θεοδοτίονος ἐστιν· ἀντὶ τοῦ, *καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέν με εἰς τέλος,* εἰρημένου τοῖς Ο'. Sed aut egregie fallor, aut contrarium verum est, assignandumque ipsis LXX *καὶ . . . αὐτή με διδάξει.* Suadet hoc Psalterium SGermanense (a quo leviter tantum discrepant Rom. Corb. Carnut. Cassiod.) quod habet *et disciplina tua ipsa docebit me,* nihil amplius. Suadet idem ac mihi quidem persuadet dissensus huius membri ab Hebraico textu hodierno, qui dissensus (maxime ubi continuatur, nominatim in Pentateucho) haud raro est vera ac palmaria nota antiquae et genuinae Κοινῆς. Probum igitur et genuinum arbitror, quod Grabius isti Scholio vel aliis nescio quibus auctoritatibus obsecutus Obelo signavit. Syrus caret omni signo critico.

Ps. 19, 7: *ἡμεῖς δὲ ἐν ὀνόματι κυρίου θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα.* Sic praeter Vaticanum etiam Alex. Veron. Ar. Aeth. et Latini omnes (*magnificabimur*) excepto Vulgato. At Syrus ܚܢܢ ܕܝܢ ܒܫܡܗ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܢܩܪܐ. h. e. *ἡμεῖς δὲ . . . ἐπικαλεσόμεθα,* (*invocabimus* Psalterium Gallicanum s. Vulgatus) quae lectio hexaplaris est, tribuenda, si Montfauconium audire velimus, Theodotioni, vel (quoniam Syrus in

margine A. Σ. Θ. ܢܬܕܟܪ, h. e. *μνησθησόμεθα*) Anonymo potius, Quintae aut Sextae. Habent *ἐπικαλεσόμεθα* vel *ἐπικαλεσώμεθα* XCV Codices Holmes. Theodoretus (cuius textus saepe consonat cum Syro nostro) Compl. Ald. recepit et Grabius invito Codice suo. Recepta *), quam et Metaphrastes expressit

ἡμεῖς δ' ἀθανάτῳ πίσυνοι μεγαλιζόμεθ' αἰεί

ita est expedienda. LXX in Hebraico exemplo suo invenerunt נגביר, quod ab ipso Psalmographo scriptum credo, idque reddiderunt *μεγαλυνθησόμεθα*, coll. Ps. 11, 4 *Τὴν γλῶσσαν ἡμῶν μεγαλυνοῦμεν*. A. Σ. Θ. *μνησθησόμεθα* נזכיר ut nunc est in Hebr. Illud autem *ἐπικαλεσόμεθα* nulla ex parte commendabile est, et LXX interpretibus haud dubie abiudicandum.

Ps. 23, 7. 9: *Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν* Syrus ad amussim ܐܪܝܡܘ ܬܪ̈ܥܐ ܪ̈ܫܢܐ ܕܝܠܟܘܢ, at quo tandem sensu? Vulgatus: *Attollite portas principes vestras*, invitis LXX et repugnante Hebraeo, qui vetat *πύλας* et *ὑμῶν* iungi. Rectius, imo rectissime, quamquam absurda aut nulla sententia, Psalt. SGerm. *tollite portas principes vestri.* Graecus textus sanus est, nec ullo pacto sollicitari debet, sed est error apud ipsos LXX. Hunc errorem facile observare potuerunt Origenes et alii, comparata Aquilae interpretatione: *ἄρατε πύλαι κεφαλὰς ὑμῶν*, observavit reapse Hie-

---

*) *Receptum* textum appellare placuit non Grabianum, qui hexaplaris est et ad nos non pertinet proxime, sed textum S i x t i n a e, per Bosianam potissimum ita divulgatum, ut nostrorum temporum Commentatores in Psalmos eius potissimum rationem habeant; quem prudenti consilio etiam Britanni fundamentum ac veluti basin splendidi operis sui esse voluerunt.

ronymus, Hebraicum textum vertens *Levate portae capita vestra.* Ergone in hexaplari textu substitutae sunt πύλαι ineptis principibus? imo per omnes testes et testium classes receptam retineri videmus; adeo longe Critici veteres abfuerunt a constantia et perpetuitate quadam eius emendationis, quam sibi proposuerant! Falsis pariter ac rectis, corruptis aeque ac sanis nunc illi pepercerunt, nunc medicinam admoverunt.

Ps. 26, 6: ἐκύκλωσα κτλ. Syrus ܐܬܟܪܟܬ iungit antecedentibus, ut sit *super inimicos meos circuivi*, sed repetens ܐܬܟܪܟܬ sequentibus quoque applicat: *circuivi et immolavi*, cuiusmodi geminationes apud alios testes rarissimae, etiam inveniuntur apud ipsum ib. vs. 13: *in terra viventium. In terra viventium etc.* Sic 39, 9. 10. 44, 8. 75, 11.

At est 26, 6 alia quoque lectio maioris ponderis. Pro recepto textu θυσίαν ἀλαλαγμοῦ, quem repraesentant Vatic. Veron. Alex. et praeterea IV fere MSS. Holm. (scil. ex Codd. 55, 141, 156, 226 nihil variae lectionis notatum video) non reclamantibus Latinis, Aethiope, Apollinario, Syrus dat ܕܒܚܬܐ ܕܬܫܒܘܚܬܐ h. e. θυσίαν αἰνέσεως, quod habent duo MSS. Holm. 184, 210 ut et Arabs *) Maronitarum. Sed θυσίαν αἰνέσεως καὶ ἀλαλαγμοῦ CV MSS. Holm. Compl. Ald. Corderius in Catena Patrum Graecorum in Pss. Cyrillus Alex. Tom. VII contra Iulianum, Theodoretus, Arabs Waltoni. Manifesta hic est διττογραφία: aut

*) Sic praeeunte Ludolfo nominavi Librum Psalmorum Dav. reg. et proph. ex Arab. idiomate in Lat. translat. a Victorio Scialac Accurensi, et Gabr. Sionita Edeniensi, Maronitis cet. Romae 1614.

enim *ἀλαλαγμοῦ* aut *αἰνέσεως* advecticium est, sed utrum? Ego minime reprehendam, si quis receptam ut ab ipsis LXX scriptam tueri velit bonorum illorum testium, ipsius adeo Vaticani auctoritate et consensu Hebraei hodierni, nimirum ratus *αἰνέσεως* aliunde irrepsisse: mihi tamen de lectionum genesi et serie sic videtur. Invenerunt LXX זבח תודה aut זבחי תודה (Latini partim *hostiam*, partim *hostias*) idque de more reddiderunt *θυσίαν αἰνέσεως* ut Ps. 49, 14. 23. 106, 22. 114, 17. (al. 115, 8.) postmodum nescio quis addidit lectionem hexaplarem *ἀλαλαγμοῦ* id requirente eius temporis textu Hebraico, et sic addita insuper copula in MSS. Gr. plerisque duae versiones coaluerunt. Hoc igitur loco, me iudice, probam et genuinam monetam Syrus servavit, plerisque testibus reliquis simul cum proba exhibentibus spuriam ac posterius cusam.

Ps. 28, 1: *Ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ, ἐνέγκατε τῷ κυρίῳ υἱοὺς κριῶν.* Sic et Syrus ܐܝܬܘ ܠܡܪܝܐ ܒܢ̈ܝܐ ܕܐܠܗܐ. ܐܝܬܘ ܠܡܪܝܐ ܒܢ̈ܝܐ ܕܕܟ̈ܪܐ. absque omni signo critico. Etiam hic esse duplicem interpretationem eorundem verborum Hebraicorum, dudum observaverunt viri docti, obloquente nemine. Iuvat audire Montfauconium. *Hic*, inquit, *LXX Intt. versiones duas exhibent. Prior est* Ἐνέγκ. τῷ κυρ. υἱοὶ θεοῦ, *quae Obelo notabatur; altera* ἐνεγκ. τῷ κυρ. υἱοὺς κριῶν *ex aliis interpretibus desumpta fuerat. Eusebius in hunc Ps. haec habet:* ἀλλ' οἱ υἱοὶ τῶν κριῶν· καὶ ταῦτα φημὶ κατὰ τῶν Ἑβραίων ἀνάμνησιν, καθ' ἣν οὐκ ἐκφέρεται τὸ Ἐνέγκ. τῷ κυρ. υἱοὶ θεοῦ· διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς Ο' ὡς μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, [imo κείμενον ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ et olim et nunc et semper et in saecula saeculorum]

μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς. Hinc vero patet, non solum ea, quae prorsus adiecticia erant, neque ex Hebraeo versa fuerant, Obelo notata fuisse, sed nonnunquam etiam ea, quae ex Hebraico non recte a LXX Intt. expressa fuisse putabantur. Haec Montf. Utrum vero sit ab ipsis scriptum LXX, manifestum fit quum aliunde, tum collato Ps. 81, 1, nec erat in eorum translatione quicquam reprehendendum. Nihilo minus ineptum interpolamentum et Codices Gr. ad unum omnes infecit, Apollinarii quoque canentis haec:

Οἴσετε παμβασιλῆϊ θεῷ μεγαλαυχέες υἷες,
οἴσετε παμβασιλῆϊ θεῷ ἁπαλόχροας ἄρνας,

et Versiones Syriacam, Arabicam, Aethiopicam, Latinam, adeo ut vel in Psalterio Gallicano (hodierna Vulgata) Hieronymus retinuerit: *Afferte domino filii dei: afferte domino filios arietum;* et in sua Versione de Hebraeo facta, omissis dei filiis, hoc tantum posuerit: *Afferte domino filios arietum,* quod ipsum etiam apud Ambrosium de Incarn. dissimulatis prioribus solum legitur *). Potest hic locus, si quis alius, argumento esse, quantum tribui debeat sagacitati et criticae arti Origenis, Eusebii, Hieronymi et aliorum ecclesiae antiquae Litteratorum, utpote qui nulla urgente necessitate cum dei filiis filios arietum copulare, vel adeo Diis invitis invitos suggerere arietes non sunt veriti. Simul hoc exemplo confirmatur, quod verum esse contendi, nullum esse in critica materie Psalterii testem

*) Peschito quoque omissis dei filiis: ܐܝܬܘ ܠܡܪܝܐ ܒܢ̈ܝ ܕܟܪ̈ܐ nimirum interpolata ex LXX, ut alibi saepe, quamquam ea res novis studiis haud indigna est.

repertum, quin aliquid peregrini et a nativa Versione Alexandrina alieni coloris traxerit.

Ps. 30, 23 Syrus verba ܡܛܠ ܕܫܪܪܐ ܒܥܐ ܡܪܝܐ h. e. *ὅτι ἀληθείας ἐκζητεῖ κύριος*, Obelo insignivit, quocirca recte Bugatus: *Erravit hic, ut alibi saepe; librarius Syrus, Obelum ultra suos fines transferens, quasi haec sententia in Hebraeo fonte deesset* cet. Grabius unam voculam *ὅτι*, cui nihil in hodierno textu Hebr. respondet, eo signo notavit. Ad *τὴν* Κοινὴν id non pertinet, sive LXX *ὅτι* pro lubitu praefixerint, sive, quod multo verisimilius est, in Hebr. כי invenerint.

Ps. 37, 21 Μὴ *ἐγκαταλίπῃς κτλ.* Syrus huic commati praemisit: ܘܫܕܘ ܠܚܒܝܒܐ ܐܝܟ ܡܝܬܐ ܕܡܣܠܝ absque signo critico. Similiter Veron. praem.

Ce aperripsan me ton agapeton osi necron ebdelygmenon.	*Et proiecerunt me dilectum tamquam mortuum abominatum.*

Praem. *ση* (sic) *ενταυθα προςθεταιον και απερριψαν τον ἀγαπητον· ωσει νεκρον εβδελυγμενον* Cod. 13 (e Bodleianis) in margine. Praem. *και απερριψαν με τον αγαπητον, ωσει νεκρον ἐβδελυγμενον* Cod. 39 (saeculi fere noni in octonis) itemque (ex ipso Cod. 39 ut suspicor) Balthasar Corderius. Praem. eadem, (sed *εβδεληγμενον*) sub Asterisco *) 55, qui Codex multas lectiones cum Aethiope communes habet. Praem. *wagadafu ach'wakomu kama bad'n r'kus, et*

*) In Psalterio Holmes. praeter hunc locum, si bene memini, nunquam et nusquam fit mentio Obelorum, Asteriscorum aut aliarum notarum criticarum Manuscripto alicui additarum. Quicqnid ibi de Obelis et Asteriscis legitur, unice pertinet ad Grabii editionem.

abiecerunt fratrem suum tamquam cadaver immundum, Aethiops, eaque verba, monente Ludolfo, in omnibus libris Aeth. (nempe MSS. ab ipso inspectis et collatis) reperiuntur. Praem. *Repulerunt me dilectum quasi mortuum abominatum et clavis confixerunt corpus meum* (وسمروا جسدى) Ar. Walt. similiterque sed confuse Ar. Mar. Apud Apollinarium in textu Sylburgii nihil tale est, sed lego ad calcem libri haec: *μετὰ τοῦτον τὸν στίχον* (sc.

καί με δίκης συνέριθον ἐπεσβολίῃσιν ἔβαλλον)

γράφεται καὶ ἄλλος

Τηλύγετόν μ' ἀπέριψαν ἐλεγχέϊ νεκρῷ ὅμοιον.

Quibus et hoc addendum: *Τὸν Ἀβεσσαλὼμ παραδηλοῖ, τὰς κρίσεις αὐτοῦ διαβάλλοντα καὶ ἀδίκους ἀποκαλοῦντα. καὶ ἐπειδὴ υἱὸς ἦν πατροκτόνος γενέσθαι φιλονεικῶν, εἰκότως ἐπήγαγε, Καὶ ἀπέῤῥιψαν τὸν ἀγαπητὸν ὡς νεκρὸν ἐβδελυγμένον· ὃν γὰρ ἀγαπᾶν ἔδει κατὰ τοὺς τῆς φύσεως νόμους, τοῦτον ὡς δυςώδη νεκρὸν ἐμυσάττετο.* Haec Theodoretus, cuius textus alibi ut plurimum concordat cum Compl. Ald. et Codicum MSS. grege, rarius cum Veron. 18, 39, 55, quippe similibus Alexandrino. Sunt eadem in Breviario Mozarabico apud Sabat. Agnoscit illa etiam Ambrosius sub finem expositionis huius Psalmi: *Complevimus,* ait, *Psalmum etiam cum eius interpretatione versiculi, quem Graeci nonnulli Codices sed non omnes habent Latini. Nam ante responsorium proximum versiculus est Et proiecerunt me sicut mortuum abominatum. Sed tu ne derelinquas me domine . . . qui mortuum foetentem curare consuesti.* Haec de testimoniis.

Unde illa particula, et cur illata aliquot bonae notae Codicibus Graecis, et Versionibus quoque? Quid sibi vult Asteriscus in Codice 55? Num unquam in aliquo Psalterio Hebraico a LXX vel aliis interpretibus sequioris aevi repertum est

וישליכו ידידך כמת נתעב

aut eiusmodi aliud? num merum assumentum est, ut vult Ios. Blanchinus, assumptum ex Ps. 87, 4. 5? num ex Ies. 14, 19? Num pio homini Christiano debetur? qui vaticinium in hoc Psalmo quaesivit et invenit ignominiam mortemque portendens Iesu Christi? Nihil horum inepte coniicitur: at quoniam non unus alterve unius linguae Codex, sed varia testium genera *στίχον* habent, aliquantum relinquitur dubitationis. Cf. dicenda ad Ps. 95, 10.

Ps. 39, 6: *σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι*, Syrus ܦܓܪܐ ܕܝܢ ܬܩܢܬ ܠܝ cum hac nota marginali: .ܐ. ܐܕܢܐ ܕܝܢ ܚܦܪܬ ܠܝ. ܟܠܗܘܢ ܡܦܫܩܢܐ ܐܕܢܐ ܐܡܪܘ ܘܠܥܒܪܝܐ ܐܘܣܢܝܡ ΩΣΝΑΙΜ h. e. Aquila: *aures autem fodisti mihi. Omnes interpretes aures dixerunt, et apud Hebr. Osnaim ὠσναϊμ.* Consentiunt in recepta testes plerique omnes, exceptis tribus Codd. Holm. Offert *ωτια δε κτλ.* 39. *ωτα δε* 142, 156, et in marg. 292. Sed 39 et 142 passim lectiones praebent Aquilae et Symmachi, et 156 obnoxius est centenis in locis Vulgatae Latinae, quae *aures* posuit pro *corpore*. Psalterium quidem SGermanense, quod multas lectiones antiquissimas servavit, omnino exhibet *aures*, sed et ipsum variis infectum correctionibus: alii Latini *corpus*. Testis omnibus antiquior, auctor ad Hebr. 10, 5 haud dubie *σῶμα* scripsit, et omnis eius argumentatio innuit, id ab eo revera lectum. Nihilo minus, quoniam

textus Hebr. non videtur sollicitari posse, credibile censemus, ab ipsis LXX scriptum fuisse ὦτα δὲ κατηρτίσω μοι. De Syrorum פגרא דיין חקנת לי conferri possunt Kennicottus et Bruns l. l. p. 32 sqq. Sed est, ut cum Semlero loquar, illud σῶμα satis exagitatum!

Ps. 41, 2 Ἐδίψησεν ἡ ψυχή μου πρὸς τὸν θεὸν τὸν ζῶντα, ܨܗܝܬ ܢܦܫܝ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܚܝܐ satis exacte. Ita scripserunt ipsi LXX, nisi ex coniectura Agellii geminare malis τὸν θεόν. At CX MSS. Holmesiani ἐδιψ .... πρὸς τὸν θεὸν τὸν ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα, simul cum Codice Alex. (Veron. non habet τὸν ἰσχυρὸν) Complut. Ald. Cord. Orig. I, 276 et aliis Patribus. Illud τὸν ἰσχυρὸν est Aquilae. Veram et sinceram Κοινὴν hoc in loco exhibent cum Vatic. Veron. et perpaucis aliis MSS. Graecis Versiones, eaeque (excepto Vulgato) omnes, non dissonante poeta,

ζωὸν ἐμὸν δίψησε καταβρῶξαι θεὸν ἦτορ.

Confirmat igitur hic quoque locus, quam prope absit Syrus a textu τῆς Κοινῆς.

Ps. 43, 12 καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν αὐτῶν. Syrus expressit.. ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν ἡμῶν ܒܛܝ̈ܡܐ ܕܝܠܢ, ut habent Alex. Veron. et magno numero MSS. Holm. cum Compl. non repugnante Aethiope. Latini *in commutationibus eorum* (*in iubilationibus* Aug.) et Arabs uterque *diminuisti multitudinem numeri* (*pretii*) *eorum.* Praebent ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν V tantum Holm. 21, 39, 173, 175, 292. Sic (ex 39) Cord. sic Montf. in Hexaplis, sic Grabius. Utramque lectionem Patribus disceptatam fuisse, docet Scholion Sixtinae longiusculum et similia apud Corderium. Comparatio textus Hebr. et locorum

parallelorum statim ostendit, a LXX scriptum fuisse *ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν* (s. *αὐτῶν*, s. *ἡμῶν* quod non omnino displicet); alterum est merus error graphicus. Quod igitur Syrus expressit, est vitiosae Κοινῆς. Ceterum si textus Graeci puritatem spectes, nihil interest, utrum existimes, primigeniam scripturam ab aevo ipsorum LXX fuisse in aliquot exemplis servatam continuatamque ad aevum Origenis, quin etiam ad nostra usque tempora, an feliciter restitutam ab antiquis Criticis Christianorum: ad historiam tamen textus et singularum lectionum non perinde est. Meros *παραγραμματισμοὺς* veteres comparato textu Hebr. facile correxerunt. Utinam iidem illi ab omnibus interpolationibus omissionibusque manum abstinuissent!

Ps. 43, 19 *Ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως*, quod satis magno consensu confirmant tot ac tam varii testes, an Syrus quoque expresserit, dubitari video a Bugato. Habet ille ܒܕܘܟܬܐ ܕܩ̈ܘܦܚܐ quasi legisset *ἐν τόπῳ διαπονημάτων* quod Aquilam redolet, coll. Ps. 15, 4. Res admodum incerta. In margine vero Syrus Aquilae tribuit: *quoniam contrivisti nos in loco Sirenum,* Symmacho: *quoniam confregisti* (vel *contrivisti*) *nos in loco inhabitabili.* Contra vero Montf. Aquilae assignat *ὅτι συνέθλασας ἡμᾶς ἐν τόπω ἀοικήτῳ* et incerto tribuit alterum *ἐν τόπῳ Σειρήνων.* Frequens eiusmodi permutatio nominum propriorum. Textus Hebraicus LXX interpretum non fuit במקום תנים, quod illi erant expósituri *ἐν τόπῳ δρακόντων*, cf. Ps. 73, 14. 90, 13. 148, 7. sed במקום תענית vel simillimus, qualis lectio, mea quidem sententia, minime postponi debet masorethicae.

Ps. 47, 9 *ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου*, ܒܡܨܥܬܗ ܕܥܡܐ ܕܝܠܟ consentientibus testibus optimis et plurimis. Sed est hic vetustus *παραγραμματισμός*. Recte Grabius *ἐν μέσῳ τοῦ ναοῦ σου* ut habent MSS. Holm. 27, (144 ex corr.) (156, 188 ex Vulg.) 274. Docet etiam hic locus, in membranis, licet omnes sint infectae correctionibus hexaplaribus, tamen menda residere, quae veterum scribarum oculos fugerint. Quamquam excusandi gratia dici potest, haud pauca vitia iam correcta postliminio rediisse. Librarii multos Psalmos ob frequentem usum ecclesiasticum memoria tenebant: mirumne est, si in scribendo antiqua et nova, ut alicubi conqueritur Hieronymus, temere miscuerunt?

Ps. 54, 15 *Ἐλθέτω θάνατος*, Syr. ܬܐܬܐ ܗܟܝܠ ܡܘܬܐ h. e. *ἐλθέτω δὴ θάνατος*, ut habent C fere MSS. Holm. Compl. Ald. (sed Origenes *δὲ* pro *δὴ* Edit. de la Rue II, 579. III, 55, sed absque *δὴ* Alex. et Veron.) concordantibus in *veniendi* verbo Apollinario,

εἴθ' ὀλοῶν ἔλθοι θάνατος, σφίσιν ἄξιος ἔργων,

itemque Ar. Aeth. et Psalteriis Latinis Romano, Corbeiensi, Mediolanensi, Carnutensi, Gallicano, August. Ambros. Cassiod. Hilario. In tanto consensu nihil videtur obstare receptae, utut non appareat, quo iure Hebr. ישימות a LXX sic transferri potuerit. Scilicet Psalmorum translator, ut alii de numero LXX iique passim etiam magis, a vero sensu textus Hebr. aberravit, impar ille intricatioribus locutionibus feliciter expediendis. Recte id in universum; sed iuvat hoc in loco dubitare. Primum enim res quidem levis est sed haud indigna Critici attentione, quod quum alibi Alexandrinus, Veronensis et alii MSS non admodum pauci

ἐλθάτω. non ἐλθέτω, repraesentent, (etiam ipse Vaticanus quamquam non constanter) hoc loco iidem illi ἐλθέτω exhibeant (exceptis duobus 27 et 55 ἐλθατω δη), sed maioris ponderis est, quod unus ex omni antiquitate testis, Psalterium SGermanense, habet *Posuit mortem*. Hanc lectionem ego praeferre malo receptae, quam aequiparare, nam Ἔθετο θάνατον proxime abest a textu Hebr. quem LXX יָשִׂים מָוֶת pronuntiabant, rectene an secus nunc non quaero. Particula vero δή a Syro expressa et in tot MSS. Graecis inventa, Hebraicae נא respondens, libidini debetur veterum διορθωτῶν, nisi forte aliquis, quod vehementer dubito, ab ipsis LXX ישים־נא מות aut יבוא־נא מות inventum existimet.

Ps. 58, 6. 14. καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων Syrus utrobique ܘܢܟܦܢܘܢ ܐܝܟ ܟܠܒܐ consentientibus testibus in *esuriendi* verbo, excepto Arabe, et repugnante textu Hebraico. Habet quidem Ar. Waltoni v. 14 *famelici ut canes*, sed vs. 6 (Ar. Mar. utrobique) يعوون quasi legisset οἰμώξουσι, non λιμώξουσι. Id a Schleusnero ex coniectura propositum tam textui Hebr. quam ipsis LXX satis congruit, certe melius congruit, quam Bocharti μαιμάξουσιν. Est λιμώξουσιν merus error, qui veterum attentionem effugit.

Ibidem vs. 15 τοῦ φαγεῖν, ܠܡܗܠܟܘ *ad ambulandum*, quod Bugatus in notis, non in textu, emendavit ܠܡܐܟܠܘ.

Ps. 69, 1. Ὁ θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες. Syrus ܐܠܗܐ ܠܡܥܕܪܢܝ ܚܘܪ . ܡܪܝܐ ܠܡܥܕܪܢܘܬܝ ܣܘܒ ܐܣܬܪܗܒ augens textum hoc additamento, κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαι μοι σπεῦσον sed absque ullo signo critico. Habentur haec verba in Veron. et in MSS. Holmesia-

norum plena centuria, adeo ut librorum iisdem carentium sit mira paucitas, (forsitan 141, 281 . .) habentur item in Versionibus Arab. et Aeth. in Psalterio Romano et Gallicano. Alexandrinus hic hiat *), Grabius illa verba sub Asterisco recepit. Non habentur in Psalteriis Latinis illis, quorum textus Hieronymianas correctiones minus expertus est, puta SGerm. Carnut. Corb. nec apud August. Hilar. nec denique, ut recte observant Editores Romani, in Metaphrasi Apollinarii, qui totum versum primum uno Hexametro expressit,

Αφθιτε νωϊτέρην σκοπιάζεο πάντοτ' ἀρωγήν.

Quod ad epicrisin attinet, prolixus esse nolo. Sunt ea verba *κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαι μοι σπεῦσον*, merum interpolamentum hexaplare, et est verbum *σπεύδειν* cum eius coniugatis, quamquam aliquoties obvium in Cod. Alex. et aliis non admodum paucis, (nusquam in Psalterii textu Romano,) ab usu et consuetudine LXX Intt. hoc est, eius viri, qui Psalmos Graece reddidit, longe alienissimum: *τάχυνον* illis conveniebat. Veram autem et nativam scripturam restituemus tituli particula in subsidium vocata:

. . . . *εἰς τὸ σῶσαι με, κύριε·*
ὁ θεός, εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες.

Imperativum aliquem, v. c. *Εὐδόκησον*, requirit prior *στίχος*, sed deperditum. LXX textum Hebr. mancum invenerunt, mancum reddiderunt.

---

*) Hiat, inquam, sed credibile est, ea verba fuisse in aliquo eorum novem fere foliorum, quae perierunt inde a Ps. 49, 19 usque ad 79, 11. In Vaticano MS. eam particulam postmodum additam fuisse, testantur Editores Romani.

Ps. 71, 14, *καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ.* Syrus ܘܡܝܩܪ ܫܡܗ ܩܕܡܝܗܘܢ, h. e. *καὶ ἔντιμον τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον αὐτῶν.* Est *τὸ ὄνομα αὐτοῦ* in Veron. C fere Holm. Compl. Ald. apud Iustinum Mart. Edit. Colon. 252, Theodoretum, Ar. Aeth. Est *ἐνώπιον αὐτοῦ* in Veron. LXXX fere Holmes. et apud reliquos quos nominabam testes. Sixtinae lectionem expressit Apollinarius:

> Τῶν δ' ἄρα οἱ κατέναντι φανήσεται οὔνομ' ἀγητόν.

Sic Tertull. et Psalt. SGerm. nec tamen omnes Latini. Graecus interpres textum Hebraicum, qui sanus est, exponere debebat: *καὶ ἔντιμον τὸ αἷμα αὐτῶν ἐνώπιον αὐτοῦ,* et sic ab eo scriptum fuisse haud perperam contenderunt Lud. Cappellus, Martinus Geierus, Köhlerus, Schleusnerus, alii. Grabius quidem cautius in hoc loco, quam alibi: *Transmutassem,* inquit, *ὄνομα in αἷμα, nisi suspicatus fuissem, τοὺς* O' שמם pro דמם *legisse.* Id sane fieri potuit, evanescente una littera. At me iudice *ὄνομα* est error omnibus testimoniis antiquior, quem Hieronymus ne in Gallicano quidem Psalterio corrigere ausus est, quamquam ipse de Hebraico vertit *pretiosus erit sanguis eorum.* Parallelus, si rem potius quam verba consideremus, est Ps. 115, 6: Τίμιος ἐναντίον κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ. Quare Syrus cum grege aliorum librorum *τὸ ὄνομα αὐτοῦ* exhibentium Psalmographi sententiam pessime invertit, sicut et Scholion Corderii, *δικαιόν ἐστιν, αὐτὸν παρὰ πάντων τιμᾶσθαι καὶ ὀνομάζεσθαι.*

Ibidem vs. 17 *πρὸ τοῦ ἡλίου διαμενεῖ τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Quibus absque ullo signo critico Syrus addit

ܘܩܕܡ ܣܗܪܐ ܠܕܪ ܕܪ̈ܝܢ h. e. *και προ της σεληνης γενεας γενεων* ut est in Cod. 55, qui multas lectiones singulares et memorabiles habet, itemque apud Didymum de Trinit. et Apoll.

ἠελίου προπάροιθε μένει κλυτὸν οὔνομα θεῖον,
λαμπόμενον καὶ πρόσθε φερεζώοιο σελήνης.

Iustinus et Tertull. nihil de *luna*, sed Latina Psalteria in lunae mentione fere consentiunt, excepto Vulgato. Videntur haec verba τῆς Κοινῆς, sed vitiosae potius quam nativae Κοινῆς, huc advecta ex vs. 5 aut Ps. 88, 37. Quamquam et hic aliquid leviculae dubitationis relinquitur.

Ib. vs. 20 Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαυὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Ponit Syrus haec verba (in VIII MSS. et ab Arabe omissa) ab initio Psalmi proximi, ut Codices Graeci Veron. et L fere Holmesiani, Compl. Ald. et ipsa quoque Sixtina, cuius margini additum est hoc Scholion ex Eusebio: *ἰστέον, ὅτι οἱ ἄπειροι τῆς ἀκριβείας τοῦ ἀναγνώσματος οὐχ ὡς μέρος τοῦ ὅλου ψαλμοῦ ἠξειλήφασι τὸ Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαυίδ· σαφῶς δὲ παρίστησι καὶ ἡ Ἑβραϊκὴ φωνή, ὅτι καὶ αὐτὰ μέρος τυγχάνει τοῦ ὅλου ψαλμοῦ.* Etiam August. Ambros. Cassiod. haec verba ad Ps. 72 pertinere arbitrati sunt, et sic est in Psalt. SGerm. Rom. Coisliniano. In Aeth. Versione Ludolfus illa verae sedi suae restituit. Res levis, sed quae doceat, quam inconstanter antiqui scribae Christianorum nunc temerarios Criticos agant, nunc instar machinarum scriptoriarum unice sequantur antecedentium gregem. Ceterum *ὕμνοι* non sunt תפלות, quod est in Hebr. hodierno, sed תהלות.

Ps. 72, 28. *τοῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιών,* Syrus

ܕܐܫܬܥܐ ܟܠܗܝܢ ܠܬܫܒ̈ܚܬܟ . ܒܬܪ̈ܥܝܗ ܕܒܪܬ ܨܗܝܘܢ. summa fide ut solet, et absque signo critico. Haec sunt verae ac primigeniae Κόινῆς, si qua fides plurimorum et optimorum testium consensioni. Grabius aliena admiscuit pro more suo, non dans ille *πάσας τὰς αἰνέσεις σου*, sed *πάντα τὰ ἀπαγγέλματα σου*, invitis testibus omnibus et repugnante LXX Intt. consuetudine loquendi, unice fretus auctore Hieronymo, qui in Epist. ad Suniam et Fretelam dicit, LXX habere *τὰς ἐπαγγελίας σου* [al. *τὰ ἀπαγγέλματα σου*] vocemque Hebr. *Malochotac* (al. *Malachothecho*) in subsidium vocat. Qualem textum Hebr. Hieronymus ob oculos habuerit, facile intelligitur. At LXX in suo sextu Hebr. haec aut horum simillima invenerunt:

לְספַּר כָּל־תְּהִלּוֹתֶיךָ בְּשַׁעֲרֵי בַּת־צִיּוֹן

ut fere est Ps. 9, 14. Mendum non est in Graeco, sed in hodierno Hebraeo, qui et aliquot vocum iacturam fecit ante Aquilam, Theodotionem et Symmachum reliquosque illius aevi translatores Psalmorum, teste Eusebio, qui dicit: *τὸ ἐν ταῖς πύλαις τῆς θυγατρὸς Σιὼν παρὰ μόνοις τοῖς Ο'.*

Ps. 73, 16 *ἥλιον καὶ σελήνην.* Sic (*elion ce selenen*) Veron. Sic Aeth. צחי וורח, sic Ar. Walt. الشمس والقمر (aliter Ar. Mar.) sic Latini praeter Vulgatam omnes, sic Apoll.

ἠελίῳ δ' ἀκάμαντι σεληναίην ἅμ' ἔτευξας.

At Syrus noster ܢܗܝܪܘܬܐ ܘܫܡܫܐ h. e. *φαῦσιν καὶ ἥλιον* ut habent CXII Codd. Holmes. id vero est, prope omnes (exceptis 27? 115, item 283 qui verba omittit) Compl. Ald. tum Grabius ad marginem relegata luna, Constit. Apost. Lib. V. Cap. 15. Chrysost. VI, 463 Edit. Montf. Theodoretus I, 1132 Edit. Hal. In hoc

loco insigni, quid sit genuinum, quid insiticium, prima frons docet: spuriam monetam offert grex MSS. Graecorum, probam pauci testes. Frequentant LXX per Psalmos φῶς et φωτισμόν, sed nunquam ponunt φαῦσιν, quae vox Symmachum redolet, qui Ex. 35, 7. (8.) καὶ ἔλαιον εἰς φαῦσιν. Negant quidem et speciose negant nostro aevo nonnulli viri docti, ex singulis voculis multum colligi posse in iudicanda librorum aut locorum fide ac veritate; sed sunt omnino voces locutionesque χαρακτηριστικαί, quibus tum maxime aliquantum tribuere possumus, quum perpetuitas quaedam et nexus testimoniorum, rationum, argumentorum accedunt. Habet hoc in loco aliquam vim etiam dissensus ab Hebraeo, qui haud raro est κριτήριον τῆς Κοινῆς, tam genuinae, quam corruptae. Absit igitur φαῦσις quam longissime. Nihilo secius in recepta prorsus acquiescere non possum. *Quintae* in Hexaplis tribuitur σελήνην καὶ ἥλιον inverso ordine. Id meam fidem superat, ac nescio an ipsis LXX rectius tribuatur, confusis nempe notis compendiariis E′ et O′, quam confusionem a figura rotunda litterae E non abhorrere supra monui. Quare non sine aliqua probabilitate LXX Interpretibus asseremus σελήνην καὶ ἥλιον, eorumque textui Hebraico ירח ושמש, unde per σφάλμα γραφικὸν facta sit lectio hodierna מאור ושמש, quae neque in Hebraica neque in ulla alia lingua satis accommodata est elegantiae poeticae. Quicquid sit, in ipsos LXX non cadit culpa temeritatis, quippe qui textum suum Hebraicum e vestigio sequuntur per totum Psalterium. Quemadmodum, ut hoc uno utar, Ps. 8, 3 *solis* mentionem apud LXX non videmus factam, quantumvis invitantibus luna et stellis, ita in hoc Psalmi 73

loco *lunae* commemoratio non potest tribui merae libidini.

Ps. 77, 31 *καὶ ἀπέκτεινε ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν* ܘܩܛܠ ܒܣܓܝܐܐ ܕܡܢܗܘܢ, quod expressum est ad Graecum textum *καὶ ἀπέκτ. ἐν τοῖς πλείοσιν αὐτῶν*, ut est in Veron. et C fere MSS. Holm. Compl. Ald. Aeth. et Latinis, excepto Vulgato. Opinetur aliquis *ἐν τοῖς πίοσιν* esse lectionem hexaplarem, nempe Theodotionis aut Quintae, sed vix dubitari debet, quin et LXX ita scripserint, sive haec eorum scriptura ab ipsorum tempore *ἀμέσως* ad Codicem Vaticanum aliosque testes paucos propagata, sive mendum a Criticis antiquis correctum sit. Metaphrastes *καρτίστους*, Ar. Walt. مختاريهم *electos* vel *eximios eorum*. Vulgatus *pingues eorum*, quae correctio est Hieronymi.

Ps. 79, 18 *Καὶ οὐ μὴ ἀποστῶμεν ἀπὸ σοῦ*, quibus accurate expressis Syrus addit absque signo critico hunc integrum *στίχον* ܘܡܢ ܫܘܒܚܐ ܕܪ̈ܚܡܝܟ. Nihil notavit Bugatus. Sed Codex quidam Vaticanus saec. IX exeuntis, Holmesio signatus 269, cui et aliae lectiones singulares vel rariores cum Syro communes sunt, pariter addit *καὶ ἀπὸ τῆς δόξης τοῦ ἐλέους σοῦ*. Unde haec? An ex Ies. 2, 10. 19. 21. ubi est *ἀπὸ δόξης ἰσχύος αὐτοῦ*? Dubito. An unquam in Hebr. textu huius Psalmi, ubi aliquot membra longiora observantur, scriptum fuit ומכבוד חסדך? Dubito. At lectio illa non videtur in cerebro nata otiosi alicuius librarii. Manet hic scrupulus. Etiam optimis auctoritatibus diffidere iuvat iis in locis, ubi textus Graecus mera omissione, inprimis levi omissione unius aut paucarum vocum exaequari potuit Hebraico. He-

braicus autem textus Aquilae, Theodotionis, Symmachi, Hieronymi, in quantum res sciri potest, leviter differt ab hodierno.

Ps. 86, 5 *Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ*, Syrus ܐܡܐ ܠܨܗܝܘܢ ܢܐܡܪ, sed in margine LXX Interpretibus [intellige textum hexaplarem] attribuens ܕܠܡܐ ܠܨܗܝܘܢ h. e. *Μὴ τῇ Σιὼν κτλ.* addens et Theodotionis interpretationem ܘܠܨܗܝܘܢ ܢܬܐܡܪ, h. e. *καὶ τῇ Σιὼν ῥηθήσεται*, ut est apud Montf. Consonant testes in *matris* mentione, nisi quod Vulgatus habet *Nunquid Sioni dicet*, id quod Hieronymo debetur affirmanti, LXX *μήτι Σιὼν* transtulisse. Habet Codex aliquis Coislinianus apud Montf. hanc notam (mendose exhibitam in Sixt.) *Μήτηρ Σιών, τὸ ῥῶ κατὰ προςθήκην ἔκειτο εἰς τὴν τῶν Ο′ ἐν τῷ τετρασελίδῳ· ἐν δὲ τῷ ὀκτασελίδῳ μὴ τῇ Σιών, ἤγουν δίχα τοῦ ῥῶ.* Efficitur, quod erat in Tetraplis *Μήτηρ Σιών*, emendatius exstitisse in Hexaplis, quae in Psalmis ob adiunctas Anonymorum versiones, Quintam et Sextam, etiam Octapla nuncupantur. Acquiescam in *Μὴ τῇ Σιὼν ἐρεῖ* cum Grabio, quamquam mallem *Καὶ τῇ Σιὼν ἐρεῖ* vel *ἐρεῖται.* Sed aliud est, quod hic breviter excussisse non poenitebit. Putet aliquis, hunc unum locum sollicite expendens, non ex *hexaplari* sed ex *tetraplari* libro Graeco factam Syri versionem. At unum eiusmodi exemplum nihil valet, et si valeret, de omnibus MSS. Graecis Versionibusque valeret: Syrum vere dici hexaplarem, quantumvis *τῆς Κοινῆς* servaverit, abunde intelligitur ex tota eius indole. Nam fieri potuit et factum est, ut veteres errores non tantum forte casuque in *ἀντιγράφοις διωρθωμένοις* retinerentur, sed quemadmodum indignabundus alicubi conqueritur Hieronymus, etiam ab oscitantibus

librariis quasi postliminio revocarentur vulgatae cantilenae adsuetis ex usu ecclesiastico. Obstat et indoles Tetraplorum, de quibus, dum contrarium ostensum fuerit, Montfauconii sententiam amplectar. Is Praelim. p. 10 infima: *Exploratum est*, inquit, *textum LXX Intt. in Tetraplis non emendatum fuisse: sed postea in Hexaplis id praestitisse Origenem. Quapropter ubi de emendanda LXX Intt. lectione agitur apud veteres, Hexapla semper, Tetrapla nunquam citantur.* Confitebimur, si utique oporteat, paucas et sponte oblatas emendationes in Tetraplis fuisse: id minime sufficit, ut Psalmorum aliquem Codicem strictissimo sensu tetraplarem nuncupemus. Esto enim, ut in Pentateucho, quod innuit Holmesius, aut aliis libris V. T. veterum variae textus recensiones satis nunc dignosci disterminarique possint; tamen oleum et operam perdet, quisquis in Psalmis, quorum omnino variae recensiones ad nos pervenerunt, curiose dissociare voluerit Codices τῆς Κοινῆς a tetraplaribus, tetraplares ab hexaplaribus: adeo testes lectionum Psalterii ad unum omnes, alii tamen aliter, infecti inquinatique sunt vocibus phrasibusque minus sinceris, peregrinis et a calamo ipsorum LXX alienis.

Ps. 87, 5 *ἐῤῥιμμένοι καθεύδοντες ἐν τάφῳ*, Hebr. שכבי קבר, (Kennicotti aliquot Codd. שכני קבה) Syrus omisso priori participio ܕܫܟܝܒܝܢ ܒܩܒܪ̈ܐ *qui dormiunt in sepulcris.* Habent utrumque participium sed inverso ordine *dormientes proiecti* SGerm. Rom. Corb. Ambros. Cassiod. (omittunt *proiecti* Aug. Vulg.) item *abiecti iacentes* Ar. W. (non habet *iacentes* Ar. Mar.) ac similiter Aethiops. Habet *catheudontes errimmeny* Veron. Abest *ἐῤῥιμμένοι* ut apud Sy-

rum, ita in Cod. Alex. et CXI MSS. Graecis aliis, h. e. in plerisque omnibus (exceptis 55, 141, 142 . .) Compl. Ald. apud Cord. Theodoretum. Manifesto et hic male consociatas habemus duas interpretationes unius verbi Hebraici. Utra sit τῆς Κοινῆς, mihi minime dubium est, scil. ea, quae a textu Hebr. abhorret, h. e. ἐῤῥιμμένοι, ac nescio an verbum καθεύδειν in Psalmis sit merx vetita et reproba. Suspicor, LXX neque שכב neque שכן sed aliud nescio quod verbum in suo libro Hebr. legisse, aut si malis, coniecisse. Veram ac primigeniam scripturam absque additamento etiam hic pauci tantum libri servarunt, nominatim Arabs Maronitarum.

Ps. 89, 17 τὰ ἔργα τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον ἐφ' ἡμᾶς. Sic et Syrus, nihil amplius; et est haec lectio τῆς Κοινῆς s. primigeniae, s. vitiosae et iacturam expertae. Ita Psalmus finitur in omnibus a Ludolfo collatis libris Aethiopicis, ita in Psalteriis Latinis (excepto Vulgato) ita ab Apollinario;

ἔργα δὲ νωϊτέρων εὐθύνειας παλαμάων.

At insuper addunt καὶ τὸ ἔργον τῶν χειρῶν ἡμῶν κατεύθυνον Alex. et plena centuria MSS. Holmesianorum, (exceptis ut credibile est, 39, 55, 141, 152, 210, item 269 quem aliquoties in lectionibus memorabilibus cum Syro consonare dixi ad Ps. 79, 18) una cum Compl. Ald. Cord. et utroque Arabe. Merum interpolamentum hunc στίχον esse invitae Κοινῇ intrusum, iam e singulari τὸ ἔργον coniicias. Nec tamen opus est coniectura, ubi disertum ex antiquitate testimonium citari potest. Augustinus cum reliquis Latinis et recepta in Vaticano textu lectione consentiens: *Huc usque*, ait, *Psalmum istum multi Codices habent;*

sed in nonnullis legitur alius ultimus versus, Et opus manuum nostrarum dirige; cui versui diligentes et docti praenotant stellam, quos Asteriscos vocant, quibus significant ea, quae in Hebraeo vel aliis interpretibus Graecis reperiuntur, in LXX vero interpretatione non habentur. Haec ille. Docet hic locus Psalmorum, si quis alius, non solum quantae vetustatis et praestantiae sit textus Vaticanus, sed etiam, quinam alii testes sinceriores haberi debeant: docet item, Syrum hic propius abesse a Κοινῇ, quam Alexandrinum Codicem, cui quod ad Psalmos attinet, Grabius pretium iusto maius statuit. Utrum vero ipsi LXX in textu Hebraico suo plura non legerint, (cf. Kennicottus) an librariorum negligentia στίχος interciderit ante Origenis aevum, tuto dici non potest. Editorem τῆς Κοινῆς decet, hoc in loco receptam retinere.

Ps. 95, 10 Ὁ κύριος ἐβασίλευσε, Syrus ܡܪܝܐ ܐܡܠܟ, nihil amplius, sed ὅτι κύριος ἐβασίλευσε Alex. et C fere alii MSS. cum Compl. Ald. Cord. Eusebio, Chrys. Cyrillo Alex. Theodoreto, Ar. Aeth. Rom. Vulg. Sic, sed ὅτι ὁ κύριος V Codd. At quae iam sum dicturus, neque ad articulum, neque ad ὅτι, neque ad Syrum proxime spectant, sed ad recte aestimanda veterum testimonia pertinent. Ostendit nobis aliud Veronense Psalterium in utroque textu: *o Quirios ebasileusen apo xylu,* similiter sed απο τω ξυλω 156 Latinizans centenis in locis. Exhibent *dominus regnavit a ligno* Psalteria Latina (excepto Vulg.) plurima, SGerm. Rom. Corb. Cornut. Mozarabicum, itemque August. Cassiod. Ambrosiaster, Leo M. Vigilius Tapsensis, et expressit Venantius Fortunatus, poeta saec. sexti in hymno *Vexilla Regis* his verbis,

Impleta sunt quae cecinit
David fideli carmine
Dicens in nationibus
Regnavit a ligno deus.

Imo antiquior illis omnibus, Tertullianus adv. Marc. Lib. III. Cap. 19. adv. Iudaeos Cap. 10 et 13 *dominum* iactat *a ligno regnantem.* De Iustino mox.

Iosephus Blanchinus in his mira cupiditate egit. Primum enim contendit, *in Graeco Codice suo Veronensi extra omnem controversiam exhiberi puram putam LXX translationem, non hexaplarem.* Contrarium iam e speciminibus supra datis patet, et peculiariter etiam inde colligitur: quod Psalmi nonnulli, ut 32. 42. 43. in titulorum verbis habent *anepigraphos par Ebreys,* (sic nunquam et nusquam textus Vatic.) quae est nota manifesta comparati textus Hebr. et hexaplaris indolis. Deinde omnem lapidem Blanchinus movet, ut evincat, *apo xylu* in Graecis exemplaribus quondam obtinuisse, et in Hebraico quoque textu primitus exstitisse *), sed exorta vix Christi ecclesia a Iudaeis in crucis odium sublata fuisse atque abrasa, teste Iustino Martyre; Origenem vero quum in Hebraeum exemplar incidisset, in quo ea lectio desideraretur, LXX Versionem ad ipsius fidem minus prudenter restituisse, atque in huius sententiam postmodum S. Hieronymum descendisse, qui eam lectionem postliminio revocare

*) In Psalterio octuplo A. Iustiniani nihil in textu *de ligno.* Apposita est haec Glossa. *Quod legitur in Romana Psalmodia regnavit a ligno deus, non est de Hebraica veritate, sed christiana devotione ut arbitror additum etc.* Ita, praeeunte Fabro Stapulensi, alii quoque viri ecclesiae Romano-Cathol. iudicarunt.

noluerit, reluctantibus licet Occidentis ecclesiis, in quibus per aliquot saecula ea lectio substiterit etc. In his multum calumniae, parum veri. Nam apud Iustinum (p. 298 Colon.) omnino gravis culpa in Iudaeos coniicitur his verbis: *ἀπὸ τοῦ ἐνενηκοστοῦ πέμπτου ψαλμοῦ τῶν διὰ Δαυὶδ λεχθέντων λόγων λέξεις βραχεῖς ἀφείλοντο ἀπὸ τοῦ ξύλου κτλ,* Sequitur ibidem recitatio totius Psalmi, in qua tamen ista *ἀπὸ τοῦ ξύλου* silentio transmittuntur, ita ut nulla ex parte appareat criminationis probabilis causa *). Denique monet Blanchinus, sese haec disputare, ut Italam Versionem ab ipsis fidei incunabulis exortam ab ecclesia Romana eiusque propagine Africana ostendat sartam tectam tradi, et quae sunt id genus alia.

Longa disputatione hic facile caremus, qua receptam tueamur, quum soli Latini illud *lignum* habeant, de cuius veritate et *αὐθεντίᾳ* vix quisquam aliter iudicabit, quam iudicari debet de tot segmentis sanctae crucis a S. Helena saec. IV. inventae ad nostra usque tempora servatis: in textu Psalmographi מן־הָעֵץ intolebabile foret. Sed cur *μύρον ἐπὶ φακῇ*? Scilicet, ut etiam hic intelligamus, quam bene nobiscum actum sit, quod divina providentia ad tuendum, et sicubi naevos

---

*) Grabius de Vitiis etc. pag. 34 mutilationes sacri *τῶν Ο'* textus, quas Iustinus Tryphoni Iudaeo exprobrat, nominatim aliquot pericoparum iacturam non Iudaeorum malitiae tribuit, *sed* (eiusmodi textus particulas, quae non comparent in Hebr.) *potius a primaevis Christianis explicationis gratia ad marginem adscriptas, indeque in ipsum textum postea illatas* censet. Hoc de illis *ἀπὸ τοῦ ξύλου* summa probabilitate dicitur. Paulo aliter iudicat Io. Geo. Geret in commentat. hist. crit. de caussis discrepantiarum Vers. LXX a textu originali. Onoldi 1742. p. 56.

contraxit, emaculandum textum universi corporis librorum sacrorum non tantum tot vetusta monumenta ac testimonia, verum etiam vetustorum monumentorum testimoniorumque tot ac tam varia genera variis exarata linguis et per dissitas promulgata regiones ad hunc usque diem superesse voluit, ut quod ab una testimoniorum classe dissimulatur, pervertitur, obscure aut perturbate significatur, ab aliis planissime et apertissime indicetur, nobisque ad evidentiam persuadeatur. Deinde etiam, quo appareat, *quid distent aera lupinis*, quemadmodum loquitur I. A. Fabricius in Praef. Cod. Pseudepigr. V. T. hoc est, quo observetur, nonnullas particulas sacri textus insiticias et spurias statim prima fronte indolem suam prodere, nec opus esse longa deliberatione: quae res nos cautos reddere debet in iis additamentis, quae non facile oriuntur ex cerebro interpolantium librariorum, sed a bonis et sinceris testibus profecta longam et diligentem consultationem requirunt. Ceterum uno eiusmodi interpolamento nihil derogatur bonitati Codicis Veron. qui licet non exsors mendorum haud dubie fluxit ex prototypo libro Vaticani aut Alexandrini simillimo, cuius rei, ut alia taceam leve quidem sed certum indicium deprehenditur, sicubi legimus TUPODEMA male iunctis ab imperito librario Graecis elementis το υποδημα *). Satis superque de ligno.

---

*) Fallitur Iacob. Parsons in Praefat. ad librum Psalmorum ubi de desiderata collatione Vaticani 1209 loquitur, damnum hoc suppleri posse existimans ex Blanchini *Notis ad Psalterii duplicis Codicem Veronensem*. Blanchinus Vaticanum MS. sane cognitum habuit, ut docet Specimen (Fac-simile) Vin-

Ps. 101, 26 ἑλίξεις αὐτούς. Concordat ܬܚܠܦ ܐܢܘܢ, concordant MSS. Graeci omnes, excepto 142 Vindobonensi, qui (haud dubie ex alicuius Critici antiqui correctione, cf. dicta ad ὦτα Ps. 39) praebet ἀλλάξεις αὐτούς, quod dedit Grabius, reiecto ἑλίξεις ad marginem. Placuit ἀλλάξεις Grotio, Lud. Cappello, Drusio, Hodio de Bibliorum textibus originalibus p. 274, aliis, et placere debuit. Suppeditant *mutabis ea* (vel *eos*) Latini; Aethiops bis in hoc membro (sequitur enim καὶ ἀλλαγήσονται) utitur verbo *walata*, quod apud eundem et infra est Ps. 105, 20 ἠλλάξαντο τὴν δόξαν αὐτῶν κτλ. Sive autem ἀλλάξεις continua serie apographorum et veluti ἀμέσως ab aevo LXX Intt. propagatum fuerit ad eos libros Graecos, quibus Aethiops et Latini sunt usi, sive correctioni hexaplari debeatur, ipsi LXX haud dubie unum et idem Hebr. חלף uno eodemque verbo Graeco expresserunt. De Hebr. 1, 12 supra dictum.

Ps. 102, 14 μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν,

---

dic. Praef. Gener. pag. XXX, sed variae lectiones Graeco textui subiunctae ex Romana Editione depromptae sunt (nec aliud ab eo promissum) admixtis passim ἀβλεψίας erroribus. Error est eiusmodi, ut id obiter addam, quod Blanchinus dixit ad Ps. apocr. 151. *Exstat*, inquit [hic Psalmus 151] *in Psalterio S. Germanensi, eumque pro specimine characterum illius Codicis Clariss. Mabillonius edidit Lib. V. Rei diplomaticae p.* 357. Imo nihil legitur apud Mabillonium indicata pagina de Psalmo 151, sed est ibi specimen Psalmi 131, *Memento domine David . . . . . stratus mei.* Ergo confusae notae numerorum 151 et 131. Nihilo minus crediderim, Blanchinum satis bene functum primario negotio suo, quod erat in edendo Psalterio Veronensi: nam si qui in ipso textu errores sunt, pauci sunt, excusabiles, et qui nemini praesidiis criticis aliis instructo moram faciant.

Syrus ܐܬܕܟܪ ܕܥܦܪܐ ܐܢܚܢ, quod Latine Bugatus: *Recordatus est; quia pulvis sumus.* At ܐܬܕܟܪ non magis est ἐμνήσθη, quam μνήσθητι, et Syrus, quoniam utrumvis testatur, neutrum testatur. Res levis, sed ipse locus alicuius momenti, quando statuitur de Codicum Versionumque puritate. Offerunt ἐμνήσθη Alex. (sed Veron. *mnestheti Quirie*) et XC fere Codd. Holm. in his 269 Syro saepe conformis, item Compl. Ald. Cord. Chrys. IX, 727. Theodor. et Vulgatus. Imperativum exhibent reliqui Latini, Ar. Aeth. Apoll.

Μνῆσαι παμβασιλεῦ, ὅτι τοι κόνις ἐσμὲν ἀφαυρή.

Genuina scriptura est μνήσθητι, nam translator, ut verissime Ludolfus monet, זְכוֹר pro זָכוּר pronuntiavit. At Graeci scribae post verba Ὅτι αὐτὸς ἔγνω τὸ πλάσμα ἡμῶν imperativum intolerabilem rati pessime correxerunt ἐμνήσθη, et id LXX invitis affinxerunt. Vera lectio ut alibi toties, difficilior est, et Vaticanus cum Veronensi paucisque aliis MSS. etiam hic praeponderat Alexandrino.

Ps. 103, 25 εὐρύχωρος, Syrus ܪܘܝܚܐ, nihil amplius. Grabius (non Codex Graecus ullus) sub Asterisco addit χερσίν. Vulgatus habet *spatiosum manibus*, quod Stridonensi debetur, qui ad Suniam et Fretelam: *Dicitis in Graeco manibus non haberi, et ego novi; sed ex Hebraeo et Theodotione in LXX additum est sub Asterisco.* Suum cuique! Est in recepta summus testium consensus.

Ps. 104, 22 σοφίσαι. Syrus isque solus ܢܚܟܡ h. e. σοφίσει, quod exactissime respondet Hebraico יחכם et diligentiae LXX congruit. Sic Ps. 77, 20 pro ἑτοιμάσαι solus Arabs ἑτοιμάσει, bene. Sic Ps. 71, 2 bene ܢܕܘܢ h. e. Κρινεῖ, ubi V tantum MSS.

Holm. κρινει, sed male reliqui testes omnes κρίνειν. Sic Ps. 95, 13 bene recepta κρινεῖ τὴν οἰκουμένην, ubi κρῖναι aliquot MSS. Mirum est, σοφίσει hic servatum ab aliquo teste, quoniam Τοῦ παιδεῦσαι in priori membro non potuit non in errorem pellicere librarios Graecos, ut infinitivum continuarent. Leviculas eiusmodi emendationes flocci pendentibus in memoriam revoco verba M. Ant. Mureti V. L. VIII, 4. *Quotidie*, ait, *magis intelligo, verum esse id, quod semper existimavi, nullam esse mendam pusillam, quam non permagni intersit e veterum monumentis tolli ac corrigi.*

Ps. 118. Ad hunc Psalmum alphabeticum non tam de variis lectionibus disputabo, quibus s. levioribus s. gravioribus nullus Psalmorum versiculus facile caret, quam de alia re, quae proxime pertinet ad aestimandos MSS. Graecos. In iis quidem, quos Holmesii cura collatos habemus, Alphabeti Hebraici nulla fit mentio, nisi quod praebet ἀνεπίγραφος. ἄλφ (sic) 180, tum quod post Ἀλληλούϊα addit ἤ ἄλεφ, ἄλφεκ (sic) 264. Aliter Psalt. Veron. apud Blanchinum Id pro titulo (omisso Alleluia) habet *Aleph*, ac deinceps vs. 9 *Beth*, vs. 17 *Gimel* et sic porro in utroque textu. Idem deprehenditur in Psalteriis Latinis omnibus, et fit diserta mentio ordinis alphabetici apud Origenem, Ambrosium, Hieronymum, Hilarium. Accedunt apud PP. Latinos variae elementorum Alphabeti Hebraici eaeque lepidae ἑρμηνεῖαι ac παρερμηνεῖαι, ut *Aleph* sit doctrina, *Beth* domus, *Gimel* plenitudo, *Mem* viscera etc. Similiter Aethiops Hebraici (non Aethiopici) Alphabeti nomina suis locis posuit, et in MSS. duobus a Ludolfo collatis statim ab initio haec

legitur παρερμηνεία: *Aleph significat patrem*, quibus alter addit *creatorem universi mundi* *). Apud Arabem istorum nominum nihil: indicantur tamen in Walt. Polygl. sectiones الفصل الاول, deinde الفصل الثاني cet. At Syrus quoque sui Alphabeti non integra quidem nomina sed figuras singulis octonis praemisit, littera tamen *He* male collocata ante vs. 32, quales sedium permutationes apud Latinos complures deprehenduntur.

Unde haec in Versionum Codicibus, ac non item in Graecis excepto Veronensi? nam in Alexandrino quoque nihil de Alphabeto. Aut ego vehementer fallor, aut translatores illi, Latinus, Aethiops, Syrus nomina elementorum Alphabeti Hebr. in suis Codicibus Graecis invenerunt Graecis exarata characteribus, quales in Threnis Cap. 3 et 4. Quod nunc in MSS. Graecis (quatenus iudicatur ex Britannorum opere) talia desideramus, deberi videtur librariorum ignaviae aut διασκευαστῶν insolentiae, quippe qui rem plane inutilem omitti posse putarent. At nobis res minime inutilis est quum in Alphabeti historia recognoscenda, tum in recte aestimanda litterarum Hebr. pronuntiatione, ut liquet ex Threnis, ubi v. c. legimus ΟΥΑΥ, AIN (non Gain, multo minus Gnain, Chnain) ΦΗ, ΤΣΑΔΗ, item ΡΗΧΣ, ΧΣΕΝ (pro quibus nemo reponere audeat ρησχ, σχεν) et quae sunt similia **).

---

*) Alphabeti Aethiopici quae ratio sit, quae vetustas, quae origines, nimirum Phoeniciae, praeeuntibus Gesenio et Koppio docuit Herm. Hupfeld Prof. Marburg. in Exercitatt. Aethiop. p 1. sqq. Lips. 1825.

**) Pronuntiationis error vel index est sicubi in Veron legitur *sira*, *brosin*. Cave ne putes σειρά, βρῶσιν, nam librarius Latinus vult intelligi χεῖρα, βροχήν.

In his qui mecum facit, is et hoc respectu antiquas Versiones Graecis MSS. hodie residuis non postponet. An in Vaticano MS. praestantissimo ea nomina litterarum exstiterint, ego nescio, sed haud longe absum, quin credam. Nihil tale excudi potuit in Editione Romana, *nam longo aevo consumptis membranis mutilatus est* [scil. MS. Vatic.] *ab initio libri* [sc. Geneseos] *usque ad caput XLVII, et liber item Psalmorum, qui a Ps. CV. usque ad CXXXVIII nimia vetustate mancus est*, ut in praefatione profitentur Editores. *Mancus* in Psalmis an tamen unum alterumve vestigium Alphabeti Hebr. servaverit, operae pretium erit, a futuris eius Collatoribus discere.

Ibidem vs. 115. Ἐκκλίνατε κτλ. Syrus tria membra facit huius versiculi, primum exprimens Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, quod nescio quo fortunae lusu ex Ps. 6, 8 huc transportatum est, deinde pergens Ἐκκλίνατε et reliqua recte vertit.

Ps. 126, 1. ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων, Syrus ܫܗܪܘ ܐܠܝܢ ܕܢܛܪܝܢ ܠܗ i. e. ἐγρύπνησαν οἱ φυλάσσοντες αὐτήν ut Cod. 269, similiterque 268. Praestat tamen recepta.

Ps. 140, 6 οἱ κραταιοὶ αὐτῶν. Sic et Alex. et alii pauci MSS. Holm. cum Aeth. quod videtur vetustum mendum. Syrus ܕܕܝܢܝܗܘܢ h. e. οἱ κριταὶ αὐτῶν, ut reliqui testes, consentiente Hebraeo.

Ps. 144, 13. Πιστὸς κύριος ἐν τοῖς λόγοις αὐτοῦ, καὶ ὅσιος ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Breviter expediam hunc locum satis aut nimis exagitatum. Est in eo magnus auctoritatum consensus, praeterquam quod ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ praebent C fere MSS.

Holmes. Syrus noster, Ar. Aeth. et partim Latini, Grabio quoque probatum. Legimus in Scholio Sixtinae: ὠβέλισται δὲ τὸ πιστὸς κύριος δι' ὅλου τοῦ στίχου, μήτε παρ' Ἑβραίοις φερομένου, μήτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς. Haec facile credimus, sed Grotio tamen assentimur, qui: *Non est, inquit, dubitandum, quin versus hic in Hebraeis Codicibus exciderit librariorum culpa. Nam deest versus, qui a littera Nun incipiat. Quomodo ad hoc respondebunt, qui nos iubent per omnia stare Masoretarum decretis?* Similiter Lud. Cappellus, cui nescio quid praeclari se allinere putat Scharfenbergius, Obelum garriens hexaplarem, qui nihil aliud docet, quam hoc, ab Aquila, Theodotione, Symmacho non amplius inventam illam particulam in libris Hebraicis. Ne comparet quidem Obelus apud Syrum. LXX expresserunt

נאמן יהוה בכל־דבריו
וחסיד בכל־מעשיו

id quod pro lubitu excogitatum ac non inventum fuisse in eorum textu Hebraico, optimo iure negamus ac pernegamus *).

Ps. 148, 3 αἰνεῖτε αὐτὸν πάντα τὰ ἄστρα, καὶ τὸ φῶς. In his lectori facile displiceant ultima illa καὶ τὸ φῶς post solis, lunae et stellarum mentionem. Grabius duas voculas καὶ τὸ Obelo signavit, quasi abesse possent ac deberent, nempe supervacanea, nec respondentia textui Hebraico. Quid est Obelo abuti, si hoc non est? Bene se habet recepta, quam

*) Sic et beatus Theod. Adr. Clarisse, *Psalmi Hammaaloth* p. 158.

et Syrus absque signo critico expressit, addens in margine, Aq. et Symm. habere ܟܘܟ̈ܒܐ ܢܘܗܪܐ hoc fere est, ut in Hexaplis Montf. soli Symmacho assignatur *οἱ ἀστέρες φωτός*. Mirarer ego, receptam paene unanimi Codicum Versionumque (Vulgati quoque) consensu confirmari, (unus tantum Holm. 141. *αστερες φωτος*,) nisi aliunde exploratum haberem, veteres Criticos studiis suis hexaplaribus, non sane malo consilio, sed arguta quadam sedulitate, multa pervertisse, nec raro culices percolasse et camelos devorasse, h. e. multis locis, ubi rem suam LXX bene egerunt, absque omni necessitate interpolamenta et signa critica sua allevisse, alia, ubi LXX manifesto a vero aberraverant et correctio ex Α. Σ. Θ. praesto erat, plane intacta reliquisse. Res in eo loco quem iam versamus, ad expediendum facilis. LXX exactissime reddiderunt quod male legerant כָּל־כּוֹכָב וָאוֹר, cuius loco recte textus Hebr. Aquilae, Symmachi et hodiernus כָּל־כּוֹכְבֵי אוֹר exhibent. At qui nunc malunt *οἱ ἀστέρες τοῦ φωτός* vel simile quid, non id obtrudere debent LXX invitis ac repugnantibus; vel si id facere velint, etiam alios errores eosque peiores ipsorum LXX emendare debebunt, ut tandem nascatur monstrum quoddam novantiquum, quo conspecto cordatiores risum non teneant.

Sed satis exemplorum et speciminum pro consilio meo. Videor enim mihi, quod volebam effecisse, et satis ostendisse, Mediolanense Psalterium Syriacum magna fide ac diligentia esse adornatum a docto et utriusque linguae satis gnaro viro, idque ex Codice

Graeco, qui quantumvis hexaplaris, tamen multum antiquae, bonae, genuinae monetae servaverit, Vaticano utique postponendus, sed praeferendus Alexandrino et iis fere aequiparandus Codicibus, unde Versiones, Latina, Arabica, Aethiopica fluxere: itaque dignissimum censeri posse illud Psalterium Syriacum, quod adhibeatur inter testimonia primi vel certe secundi ordinis ad expurgandum textum Graecum omnemque materiem criticam recte subigendam ac diiudicandam.

Finem disputandi facerem, nisi lectoribus simul indicare vellem, me prolusionis potissimum gratia haec scripsisse. Novam enim meditor, favente Deo, Editionem Psalterii Graeci LXX Interpretum, cuius textus ad oblatam et ulterius conquisitam materiem criticam sit castigatus, et quoad eius fieri potest, nativae integritati suae restitutus. Subiungentur Codicum Holmesianorum et Veronensis a me collati variae lectiones, ita in compendium redactae, ut usus illorum potius augeatur quam minuatur, (nisi forte aliquis eos Codd. ipsorum causa cognoscere velit;) addetur antiquarum Versionum, Lat. Aeth. Arab. Syr. accurata collatio, (cui rei in Psalterio Holm. haudquaquam satisfactum est,) adscita etiam Apollinarii Metaphrasi: nec desiderabuntur Scholia Graeca et Latina, Romanae quidem Editionis pleraque omnia ad *τὴν Κοινὴν* pertinentia, alia vel ex ipsis Patribus vel ex Balth. Corderii Catena selecta *): tandem textus Hebraicus compara-

---

*) Corderii Catena nonnunquam pro fonte usus est Montfauconius in Hexaplis: Grabius quoque ex hoc opere se multum profecisse profitetur, monens interim Catenam illam ex anecdotis augeri posse et emendari, id quod facile largimur.

bitur, ut dissensionum ratio reddatur, adiunctis ex vario genere locis parallelis. Haec omnia ea brevitate, quam patitur summa lex perspicuitatis. Unum quod edendo operi, non vasto quidem illi, sed satis amplo, moram facile et impedimentum inferre possit, est emptorum praevisa paucitas, et hinc bibliopolarum tergiversatio. A viris quidem doctis, harum rerum idoneis aestimatoribus haudquaquam dubitatur de studiorum istorum ad LXX spectantium utilitate et gravitate, ne dicam necessitate: sciunt illi, paucos esse homines, etiam ab ingenii dotibus et doctrinae copia instructissimos, qui eiusmodi Editionem in se suscipere possint, nimirum ob libros operose conquirendos et alias causas; pauciores qui velint, paucissimos qui et possint et velint. De emolumento, quod ex novis Editionibus LXX Intt. redundet ad libros sacros omnes vel magis magisque a mendis expurgandos vel recte interpretandos vel ad palaeographiam omnemque universae antiquitatis indolem aestimandam, nemo cautus praepropere sententiam feret, sed rei gestae aut gerendae rationem, modum, ordinem, progressum, exitum considerabit. Non ego omnes Bibliothecae S. Alexandrinae partes pariter cognitas habeo, sed opinionem, quam in tractando Pentateucho Graeco et proximis ab eo libris paulatim imbibi, silentio hic transmittere non possum, nempe variarum lectionum textus Alexandrini tam optimarum, quibus laboranti Hebraeo subveniatur, quam aliarum alio nomine memorabilium, quae partim iniquae fortunae, partim correctioni διασκευαστῶν debeantur, ingentem esse multitudinem, certe maiorem, quam credunt litteraturae Hebraicae cultores, ipsique adeo statores ac vindices

hodierni. Hi igitur, ubicunque gentium sint pro amplitudine universae ecclesiae Christianae, studiis nostris, ut sperare fas est, favebunt et faustum successum ominabuntur.

Bonnae, typis Caroli Georgii.